



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm|| Maii Et Ivnii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258 - 10263**

De S. Du[n]stano Archiepiscopo Ca[n]tuariensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77393)

## VITAE HISTORIA.

**B**EATVS ergo Dunstanus ex nobilissima gentis Anglorū Maj 19.  
Cap. I. prosapia originem ducens, eo nobilius in huius mundi lucē prodijt, quo sub materni sinū ipso adhuc angustia clauso, diuino miraculo designatū est, prēclarum mundo per eum lumen oritrum. Cū etenim mater eius eo grauida, spe proliſ futurā lātaretur, dies purificationis B. matris Dei feſtū illuxit. Multitudo ergo vtriusque ſexū hominū, pro excellentia tantæ festiuitatis circunquaue coaſta, fluxit ad ecclesiā, quæ antiquitū Glasconia de lignis miro opere ædificata, in honorem erat eiusdē Dei genitricis confecra-ta. In qua multitudine multos nobilitate dignitateq; pra-cellens pater sancti Dunstani, Herstanus nomine, cum Chinedrita matre eius, ad Dei feruītum properabat, ambo cereos, quos pro ritu ipsius diei Deo offerrent, deferentes. Iam Missæ officium celebrari cœperat, & immensus populus immensa luminum claritate refulgens, in domo Dei laudibus diuinis intendebat. Tunc subito in ſua feruītate cælo manente, admirantibus cunctis, cuncta ſimul luminaria extincta ſunt. Ad ſpiciunt igitur singuli ſuper ſe inuicem, ac pro nouitate inſueti prodigijs, metu nimio percelluntur. Verū dum attoniti ſtarēt, & quid certi de tali euentu ſentire deberēt, ignorarent, erēcti vultibus, intuentur flammā ignis cælitū labi, & cereum, quem ma-ter Dunstani in manu tenebat, ex ea accendi. Qui ergo prius de luminarium extinckiōne magnoperè fuerant admirati, nunc tam de cæleſtis flāmā emiſſione, quām & de cerei prægnantis mulieris accenſione, maiori ſunt admiratione perfusi. Accedunt ita-que singuli ad lumen cælo demiflum, & inde recipiunt lumen amiflum. Ex eo tempo-re cultus & reuerentia omnium circa Chinedritam ac virum eius magnificè auēta eſt. Nam ſicut eos nobilitate, diuitijs & gloria mundi inter homines eminere ſciebant, ita ſanctitate vita in conſpectu Dei ex ſigno, quod acciderat, enitere intelligebāt. De pro-le etiam, quæ expetabantur, ſpe magni boni tenebantur, & Deum, ut in gaudium atque lātitiam parentibus suis & omnibus benē volentibus eam naſci, crescere, dilatarique concederer, deprecabantur.

Dehinc inſtante partus tempore, puer eleganti forma naſcitur, & post dies paucos C. p. 2. ſacro fonte regeneratus, Dunstanus, videlicet, montanus lapis, nuncupatus eſt. Is vbi Dunstanus teneros annos infantiae exiuit, à parentibus ad præfatum ſacratissimā virginis tem-plum ducitur, ac pro vita eius atque prouectu Deo preces & munera offeruntur. Ob quæ deuotionis obſequia iphis in loco pernoctantibus, apparuit vir quidam angelus. Visio par- tum. Co ſpeciosus amictu, qui puerum coram eis per manū accipiens, & eum hincinde modesto diſcurſu per atrium ducens, dixit illis: Sic adificabitur locus iſte ad con-uerſationem illorum, qui ſiue à pueritia in ſeruicio Dei nutriendi, ſiue à prauitate veteris vita in nouitatem gratiæ Christi per hunc puerum ſunt cōuertendi. Hæc illi vi-den-tes & audientes, valde gauiſi ſunt, & misericordi Deo vberes gratias ſuper admirabili gratia eius retulerunt. Deinde puero diligenti ſtudio in ipsa ecclēſia ſub cura magistri commendato, tum ut literas diſceret, tum ut Dei ſeruicio ſedulus inhaereret, ipſi in ſcholæ ſua reuersi ſunt. Dunstanus igitur literis traditus, & eis ultrā, quām aetas ſua ferre po-terat, die ac nocte intentus, languore graui corripitur, & gemebunda in dies vexatio-ne tortus, vſque ad exhalationem ultimi flatū producitur. Sed cum iam velut morti contiguus iaceret, & conſluens cœtus vicinorum mortem potius, quām vllum ſanita-tis remedium expectaret: en circa media noctis ſilenta per gratiam Dei visitatur, & Divinitus fanatur. integræ ſanitati contra omnium opinionem donatur. Illico ſtupentibus cunctis lecto deflit, domum exit, ad ecclēſiam, pro reddita ſibi ſanitati Deo gratias acturus, im-piger tendit. Cuius deuotioni diabolus inuidens, cumque à proposito deflectere ni-tens, ſimulato teſterrīmorū canum globo, immani latrato ac terrifico impetu in eum ruit. At ille ſcienſ dæmonum eſſe figmenta, inuocato nomine Christi, ſigno ſe ſanctæ Crucis armavit, arreptamque virgulam, que forte iacebat in via, contra illorū malignorum incuſus vibrauit, & ſicut ventus fumum, ſic omnes à facie ſua fugauit. Profligat dæmones. Post hanc ecclēſię ianuas veniens, eam vndique obſeratam inuenit. Huc igitur illuc-que deambulans, & oratoriū intrare diſiderans, ſcalam ad parietē templi ereſtam of-fendit, que in ſuperiora tecū nitentibus aſcēdendi viam preſtare solebat. Quā puer Do-minii neſcienter aſcēdēs, atq; ad fastigiū ecclēſię aſcēdendo pertingens, nullū, quo ingredi

ingredi posset, aditum reperit, indeque statim ex altera tecti parte descendere coepit. Deus autem, qui delectabatur innocetia cordis eius, viam inter inuia ipsa disponebat gressibus eius. Tunc repente angelico ministerio sublatus, intra ecclesiā, omni ex parte clausam, ipso puerō, quid circa se diuinitus ageretur, ignorante, coram altari depositus est. Hi autem, qui prius in domo agrotanti deseruebant, ipsum egredientem sequi sunt, contemplantesque rei euentum, fidele testimonium diuino miraculo prohibuerunt. Puer vero, cum manū ante altare leui sopore quiescens inuentus, & qual modo illuc venisset, qui sero morti proximus habebatur, interrogatus fuisset, hoc se nescire pia simplicitate professus est. Omnes ergo, qui tunc temporis rem audiēre, mirati sunt, & Deum, ut gratiam suam multiplicaret in puerō, deuoto affectu deprecati sunt.

Cap. 3.

**Humilitas  
egregij adole-  
centis.**

**Minores  
ordinis ac-  
cipit.**

**Declinat  
mundi vani-  
tates.**

**Exercitia  
eius.**

Cap. 4.

1. Cor. 10.

**Cofert se ad  
Archiepisco-  
pū Cantua-  
riensem.**

**In anū regis  
Angliae  
adducitur,  
& illi celi-  
giōse verfa-  
tur.**

Iam adolescētia decus Dunstanus induerat, & ipse humilis atque submissus omnibus erat. Nam cum illum omnes honorare, illi suum obsequium exhibere satagerent, & affabilitatem sibi ab illo exhibitam magni aestimarēt, ille econtra nihil in se dignum honore, nihil alicuius dignum obsequio iudicabat: Immō quicquid affabilitatis seu commodi quiuis exhibebat, gratia exhibentis, non suis meritis, ascribēbat. Promptus itaque erat ad ministrandum omnibus, & ipse ad suscipiendum aliorum ministerium tardus. Inter hāc rogatū à suis, quatenus in sortem Domini transeat, & in quibus seruat Christo, sacros ordines suscipiat. Annuit ipse petentibus, atque ut liberius oratorium frequentare, luminaria accendere, manibus sacerdotum ac Leuitarum aquam fundere, vinum & aquā in Eucharistiam corporis Christi subministrare, legere atque cantare in officio diei ac noctis posset, minores gradus suscepit. Videres igitur illum omnia mundi oblectamenta calcare, ludicra iuuenium fugere, maiorū colloquijs delectari, in fouendis pauperibus assiduum esse, & ad quæque pietatis opera sollicitius inuigilare. Si autem aliquando, ut fit, à coetancis suis ad mundi vanitates inuitabatur, obtinebat potius necessariò oportere se illis & illis ecclesiasticis ministeriis curam adhibere, & ea, quæ in seruio Dei legenda erant vel canenda, praeuidere. Sic seruus Dei se & à mundi contagis purū custodiebat, & proposita rationabilis occasione, nulli scandalum, nulli, in qua Deum quis offenderet, aliquā causam suggerebat. Summum itaque studium in oratione, in sacra meditatione, in diuinorum librorum lectiōne habebat: in iis semper Deo adhærere, Deum in mente habere, quid voluntati Dei possimū placaret, ediscere gestiens. Vnde factum est, ut & quæ Dei sunt inuestigaret, & eius iugi consideratione fretus, cuncta peccati inquinamenta deuictaret. Proximus ergo ac familiaris Deo effectus, omnibus in ipso pie iuuentibus charus factus est & acceptus.

Audita inter hāc fama venerabilis Athelmi Cantuariensis Archiepiscopi, fratis scilicet patris sui, cum audire atque cum eo habitare dispositus. Videns enim lascivias seculi, & iter adolescentis, viam vita retinere volentis, valde lubricum, & laqueis vndique plenum, illudque Apostoli meditās: Qui stat, videat ne cadat: timebat, ne si loco, quem lascivijs & voluptuosis delicijs affluere in circuitu suo, & hoc inter notos suis videbat, non cederet, à statu reūtudinis, aliquo euentu deceptus, miserando casu decederet. Hac ergo intentione ductus, accepta à parentibus suis licentia, prefatum annūtū adiit, & quō vita sua qualitas ad modum cōuersationis eius iugiter informaretur, sedulus ei adhæsit. Verum cum elapsō aliquanto tempore pontifex in moribus adolescentis omnia, quæ verū religioni cōgruerent, perciperet, & ex dono gratiae Dei, quā fuerat adspiratus, Deū multa sua maiestatis opera per eum in futuro factū praeuideret, ipsum ad solatium regis Ethelstani secum duxit, & ei magnō affectu souēdum, necnon à cunctis aduersis suo nutu protegendum, pio studio commendauit. Quem ipse benigna mente suscipiens, iuuenem dulciter amplexus est, & multo sinceri affectus amore percoluit. Dunstanus itaque licet in palatio regis terreni conuersaretur, ac pro sua industria & ad omnes affabilitate charus haberetur, nunquam tamen religionem, quam à puerō conceperat, quemlibet defeculum in suis actibus pati sinebat: sed quo labilius inter vitiorum somēta gradiebatur, eo firmius, ne ab ipsis aliquo modo deijceretur, præcauebat. Sciens quoque ociositatem inimicam animæ esse, nunc istis, nunc illis operibus intendebat, & diuersitate eorum, subrepens fastidium sibi tollebat. Peritia nanque scribendi, pingendi, quicquid vellet, in cera, ligno vel osse sculpendi, & ex auro, argento, ferro vel ære fabricandi ita claruit, ut à multis quammaxime admirationi haberetur. Super hāc instrumentis musici generis, quorum scientia non

Vide mirā  
rem.

non mediocriter fultus erat, non tantum se, sed & multorum animos à turbulentis mū. di negocijs sāpē demulcere, & in meditationem caelestis harmoniæ, tam per suauitatem verborum, quā modō materna, modō alia lingua musicis modulis interferebat, ut sit usus musicis instrumentis. quām & per concordem cōncentum, quem per eos exprimebat, concitare solebat. Propter hāc igitur à mūtis frequentabatur, & ab eo multa fieri petebantur. Ille autem, quoniam erat ad omnes charitate diffusus, nulli negabat, quod vellet ab alio sibi concedi.

Hāc inter opera sua rogatur à quadam matrona, religiosa quidem & studium habente placendi Deo, domum suam venire, & orarium sibi, quod ad ornatum & ministerium Ecclesiæ inaurare volebat, artificiosa, quā in auri opere imitaretur, arte præpingere. Iam Dunstanus in manibus opus habebat, & cithara eius, quā ad domum veniens, secū fortè detulerat, parieti affixa, iuxta pendebat. Cœpit ergo ipsa cithara nūl. Nota miri lius hominis attractu pulsata, per se antiphonam istā distinctis vocibus resonare: Gaudient in cælis animæ Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, idē cum Christo gaudebunt in eternum. Ad hēc admiratio non parua comprehendit omnes, qui in domo consistebant. Singuli ergo deflexis oculis ab opere iuuenis, quō prius intenderant, vultus & aures ad citharam erigebāt: & alij quidem simplicem vocem chordarum aure captabant: Dunstanus verò, quid sonus de promeret, quid' ve moneret, solus intelligebat. Intelligebat enim, in eo, quod citharizabatur, quia si cum Christo vellet in eternum gaudere, non formidaret, si neccesitas vrgeret, pro eo sanguinem fundere: nec anima eius gaudium in cælis adipiscetur, si Christi vestigia non sequeretur. Itaque citharœdum istum, verè angelico modulamine administratum, ita accepit, quasi ex sensibili præsentia Dei doceretur, quid sibi deinceps foret agendum.

His ita se habentibus, iij qui primò virum valde se diligere demonstrabant, & ei qua Cap. 6. si fidelem societatem in cunctis conservabant, nunc prouectibus eius inuidere, & eum Patitur finistris artibus vti, ac mansuetum ad omnes habitum eius, hypocriti & quorunque obrecta. simplicium deceptioni magis, quām alicui religioni inservire, conuiciari cœperunt. Ad cuius calumnia firmamentum id, quod in cithara factum fuit, velut quoddam argumentum inducunt: adstruentes in huiusmodi instrumento nil tam insolitum fieri potuisse, nisi constaret aliquo diabolico carmine illico per eum, cuius erat, anteā taetū fuisse. Quid plura? Crescit iste nequissimus rumor, & indiēs fit seipso deterior. Spargi. Rex se ab tur per aulicos, & perducitur usque ad principis aures. Rex ergo & multi ex primorib. eo auertit, qui hominem paulò antē magni pendebat, vultus suos, vt potè ab illo, qui iam ipsi despectui esset, auertebant. Quod Dunstanus aduertens, & ne in peius proficerent, nō nihil metuens, malignorum hominum iracundia cesit, & ad cognatum suum Elph. gum Vuentanum episcopum, cognomine Calum, profecturus, curia regali decepit. Quod prefata malitia commentatores agnoscentes, viam obseruant, cumque cum Ab æmulis socijs comprehendentes, equo deiiciunt, iniurijs multis afficiunt, & acriter flagellatū multa patitur. ac vinclatum, in horrido coeno precipitatum relinquunt. Ne autem penitus ab eis perimeretur, per gratiam Dei, quæ illum suis in posterum reseruavit, quædam ingens molosorum multitudo obstitit, quæ ex insperato in eos horridis latratibus irruens, adolescentem defendit. Quod ille percipiens, prauorum hominum miseratus errorem, canes eis factos humaniores gemens, erubuit. Veruntamen Deo super ineffabili gratia ex intimo corde gratias agens, sensu ipso percepit, in se cantum citharæ nonnihil sibi significasse. Interēa vicini, prædicto molosorum latratu audito, perterriti accurerunt, quid acciderit discerē gestientes. Et agnoscētes quod factum est, illos nequam homines, iam fuga dilapsos, detestati sunt, & Dunstanum de coeno eduentes, fouen. dum ad sua perducunt.

Profectus dehinc, venit ad memoratū episcopū, & aliquāto tēpore degit apud ipsū. Cap. 7. Erat autē episcopus idem magnæ in Christo religionis, & apud omnes id locorū conuersantis magni nominis. Egit igitur industria, qua vigebat, vt Dunstanus monachus fieret. Propofuit ei inter alia, monachi vitam, viam esse perfectionis, de qua Domi Monachi nus illi, qui se omnia legis mandata dixit seruāsse: Vnum, ait, tibi deel. Si vis perfectus vita, via p. fationis. esse, vade, vende omnia, qua habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Et adiecit: L. Matth. 19. ta fili, si vis, vt ea, quæ in te iam magni boni spem præstant, perfectionis culmen attingant, neceſſe habes omnia, quæ in ſeculo poſſides, relinquere, & Christi vestigia nudus ſequi. Ad hāc ille quædam, quæ ſibi rationis videbantur, cùm obijceret, nec ſubito aſſequi, quæ dicebantur, animum ſubmittere vellet, tamen non parūm in ipſo verba Hh Ponti.

Pontificis operata sunt. De nuptijs quippe, quas se facturū certò sibi ipsi antè promisebat, iam vtrum eas faceret, an non, dubius fluctuabat. In qua dubietate constitutum, nutu Dei, valida febris inuasit, & in tantum corpus eius attenuauit, vt nihil minus, quam de ducenda vxore cogitaret. Cum iam aliquantum se puto languore, verba Pontificis, & duritiam sui cordis, in se reuersus, ad mentem reducere, suspirans grauerer erubuit, quod potentior in eo fuit tertianæ febris igniculus ad extinguidam carnis sue concupiscentiam, quam ille ignis, quem, vt in fidelium cordibus vehementer arderet, Dominus venit mittere in terram. Versa igitur vice, ardorem ignis diuini in se succedens, carnalibus illecebris funditus renunciavit, sed, perpetuo virginem persecutatur, diuinitatis confisus auxilio, youit. Mittens itaque, Episcopum fecit ad se venire, & apud eum poenitentiam egit, quod illi viam perfectionis suadenti, non statim obtemperarit, quod habitum religionis monasticæ ad verbum eius non suscepit. Quibus antistes auditis, gaudio gausus est magno, & de conuersione iuuenis immensas grates persoluit largitori omnis boni Deo. Dunstanus ergo monachus sine dilectione factus est, & deinde legitimo tempore per canonicas facrorum ordinum successiones, etiam ad sacerdotij gradum ab eodem Episcopo prouectus.

Lucæ 12.

Votum perpetui virgi nuncupat.

Fit Monachus.

Cap. 2.

In arditi-  
ma degit  
cellula.

Egregie tra-  
ctat dæmo-  
nem, ipsi il-  
ludere vo-  
lentem.

Dæmons  
visfacile  
vincantur.

Insignis e-  
ius pudici-  
zia.

Cap. 9.

Post aliquantos nonæ conuersonis suæ dies Glaconiam Dunstanus perrexit, & ibi iuxta Ecclesiam sanctæ Dei genitricis & virginis Mariæ, in qua lumen, vt suprà meminimus, cælitus emicuit, sibi domunculam adeo parvulam fecit, vt mirum habeat, qui eam nouerunt, qualiter ibi viuus homo degere potuerit. Ipse metuens enim eam mensus sum, & nihil ultra quatuor pedes in longitudine, nec plus, quam duos ac semis habet in latitudine. Altitudo autem faturam hominis concipit. In medio ostii, fenestra est, illuc ergo conuersari, orare, psallere, nonnulla, quæ loci angustia patiebatur, manibus operari, & vni Deo ut placaret per omnia & in omnibus, operam dare visus est. Quibus eius exercitijs antiquis humani generis aduersarius inuidet, sicut eum à curia regis nuper expulit, ita qualiter à loco isto expelleret, malignus sollicitus fuit. Quadam igitur vice, cum vir ipse iam die aduersus eum fabrili intenderet operi, adstitit fenestræ ipsius dæmon unus, humana effigie testus, rogens sibi nefcio quid operis ab homine fieri. At ille pietatis affectu ex more permotus, intermissis his, quæ faciebat, parabat se ad satisfaciendum postulanti. Interim is, qui venerat, formam ac verba mutare, vt nunc senis, nunc pueri, nunc lasciuie pueri, & similes te vultus cum voce videare. Quod Dunstanus audiens, protinus quis esset cognovit: & sedes, motus eius patienter se ferre simulauit. Sumptri interea tenaculis, quibus calida ferra tenere solebat, fortiter ea igniuit, & cendentia de fornace subito proferens, monstrum per nasum artipinuit, & strictissime tenuit. Videres itaq; pulchrum certamen inter amicum Dei & inimicum. Ille ardorem sentiens, ac derectis insidijs, superbiam suam deiecat non se renens, totis nisibus conabatur euadere. Iste illum retinens, & intrò viriliter trahens, latabatur quod in nomine Christi poterat de inimico eius triumphare. Tandem cum decoru a viro abiectus, fugit, & per plateam currens, querula voce clamitabat, dicens: Vix, quid ille calvus fecit? Vix, quid ille calvus diabolus fecit? En me miserum, misericordia opus ab eo perentem, miserè affixit, & nil mali de eo merentem, ille malignus longo cruciatu combusso. Has voces multi audientes, & eas manè viro referentes, sciscitati sunt, quidnam hoc esse potuerit? Quibus ille: Dæmonum, ait, insidiæ sunt, qui suis fallacijs nos volunt inquietare, si possint. Sed si in seruitorum Christi stabiles fuerimus, leuiter eos illius adiutorio deuincemus, & confusi fugient à nobis. Hec dixi, & securus postmodùm in sua domuncula habitauit. Nec enim in ipso loco vñquā amplius eum inimicus aggredi ausus est, in quo talem bellum apparatum in primo congreſsu fortitus est. Ex eo igitur tempore, cum munditia cordis, tanta claruit in Dunstano pudicitia corporis, vt omnes, qui vitam illius nouerunt, similem angelo iudicarent. Vnde complures vtriusq; sexus homines, tam diuites, quam non omni ex parte locupletes, ad eum properare, cum de salute consulere, ab eo de via vita festinabant infirmari. Ipse autem singulis, prout quisque opus habebat, sua verba dispergiens, quenque ad voluntatem Dei instituebat.

Cum hæc fuit, venit ad eum mulier quædam Elsgina nomine, quæ ab inueniente x. tate grata fuit & accepta regibus Angliae, tum quia bonis moribus & castis aëtibus erat prædicta, tum quia filios eorum educando & nutriendo, gnara fuit atque solicita. Hæc ergo, auditio Dunstano, habitationem sibi prope oratorium sanctæ Mariæ instiuit, ubi ad eam Dunstanus venire, eam de prouectu bonorum operum, de spe retributionis futurae, de gaudio regni cœlestis imbuere posset. Et factum est: quicquid ei Dunsta.

Dunstanus dixit, ita opere implere sollicita fuit, ac si ab ore Dei corporeis auribus id <sup>Elsigina reli</sup> acciperet. Quapropter diebus ac noctibus Ecclesiam frequentare, orationibus insi-<sup>giosa sc̄emi</sup> na optimè stere, egenis de facultatibus suis, quibus affluebat, largiter ministrare, & prorsus iis, que ab eo intit. Deo placere posse sperabat, sedula studiebat operam dare. Circa venerationem vero tuitur. beare Matris Dei, quam deuota extiterit, ex eo aliquantum aduerteri posse putamus, quod ipsa non nullos clericos in templo eius fecit: quibus, ut die noctuq; seruitio ipsi-<sup>us liberē inuigilarent, omnia, t̄ quorum op̄us habebant, abundanter subministrabat, t̄ quibus</sup> Ipsa quoq; pia Domina pro fidelium famula sua multa faciebat, quando ab ea quippiam rationi consentaneum postulabat. Verbi gratia: Rex Ethelstanus cum quadam vice Glafconiam venisset, diuerterit propter loci religionem ad prefatam sanctam Marię ec- clesiam. Quod illa sciens, rogat eum, quatenus dignetur in domum suam diuertere, & aliquantulum quieti indulgere, ac modicum cibi potusque in vera charitate susci- pere. Concedit rex, licet inuitus, nolens scilicet eam, quam & sibi ex antiquo familia- rem habebat, & nunc deuotam Deo nouerat, contradicendo in aliquo offendere. Le- taigitur non parum effecta, se ad regium ministerium totam impendit: & prudens ea, quae tali negocio conuenire sciebat, nihil eorum, quae yolebat, minus esse aduer- tit, illo dunxat potu excepto, qui medo vocatur, quo Angli quam maximè vti sole- bant. Verens ergo, ne huius in opia aliorum copiam obnubilaret, oratorium pia Ma- ria, ipsius suffragium de re postulatura, ingreditur. Et solo prostrata, orat eam, quate- nus sua prece à Deo obtineat, ut memorato liquori, unde parum habebat, diuinæ sue benedictionis augmentum infundat. Mira res: Rex, magna suorum multitudine se. <sup>Beatissima</sup> mater Dei ptus, ad prandium sedet, & prandentibus de prefato potu copiosè hincinde desertur, auger potū semperq; vasculum, unde hauriebatur, solito plenum inuenitur. Factumq; est, ut rege ad preces re- a loco discedente, in vasculo minimè appareret, quod inde quicquam sumptum fu- <sup>ligiose ma-</sup> isset. Hec idcirco hic in seruimus, ut quantum verba viri Dei consiliaq; profecerint, tronæ. huius exemplo intelligamus.

Igitur cum ipsius suæ famulae merita Deus vellet æterna quiete remunerari, pa. Cap. 10. terno eam verbere percussit, volens scilicet illam, hoc ordine ab omnis peccati ma- cula castigatam, numero filiarum caelestis Hierusalem celerius aggregare. Quam vbi Dunstanus agrotare cognouit, venit ad eam, ac de salute animæ eius, de gloria vita æ- ternæ, de peenis gehennæ & harum infinito fine ipsi locutus, illam ad sectanda vesti- gia Christi, nuncio remisso huic seculo & rebus seculi, exhortatus est. Ad quæ illa: Cū. ðta, quæ mei iuris sunt, Christo relinquo, atque ut ea distribuas, secundum quod illi melius placere cognoueris, tibi impono. Nec enim in hac vita aliquæ æquæ charum habeo, nec alicui, sicut tibi, per omnia credo. His ille auditis, omnia ferè, quæ in mo- bilibus ipsa habebat, pauperibus sine mora distribuere coepit, alijs interim ad eccl- siarum consolationem pro temporum qualitate seruatis. Iam dies in vesperam decli- nabat, & Dunstanus, ne à nocte extra cellulam depræhenderetur, illuc properabat. I- bat itaq; vespertinum officium psallens, & cum ante fores ecclesiæ perueniret, nec eam intrare, quia clausa erat, valeret, substitit, volens pro foribus perficere horam, quam incepérat. Tunc subito ex dulcedine psalmodiæ, ut plerunque accidere solet, mente compunctus, oculos ad cælum subleuat, & conspicit inde columbam miri cæ- doris præpeti volatu descendere: quæ aera scintillantis radij fulgore diuerberans, do- mum morientis matrone, ipso considerante, subintrat. Illico reflexo gressu, concitus redit, & ante cubiculi introitum stans, totum habitaculum incredibili videt affectum nitore, eamq; interius audit cum quodam de iucunditate patriæ caelestis sermonem, conferentem, & eidem innumeræ gratias persoluentem.

Cuius rei fine patienter expectato, tandem ingreditur, & præter eam neminem cap. 11. inueniens, quis fuerit: interrogat, cum quo loquebatur. Ille idem, ait, qui tibi ante fo- res ecclesia psallenti, priusquam ad me venires, apparuit: ille, inquam, me visitare di- gnatus est, & sua mihi consolationis gratiam prærogare. Quapropter dico tibi ami. <sup>Pia matro- na, certa de</sup> corum charissime, ne tu, vel aliorum quis de meo discessu doleat: quia non poena in. <sup>beatitudi- ne, petit ex-</sup> fernalis, sed gloria me suscipiet regni caelestis. Tantum precor, ut cras manè ad me ve- nias, & mihi cum sacramento sacra inunctionis, viaticum Dominicini corporis tradas. tremam vñ Annuit ille, & diluculo reuersurus, tristis simul & letus in suam domunculam abiit. <sup>tionem &</sup> Humanitas namque affectu contristabatur, quia tanto solatio destituebatur, ad præ- sens: sed altera consideratione magnam in corde lætitiam concipiebat, propterea quod ipsam, cui æternam salutem vincere concupiscebat, eandem salutem appre- hensum iam iamq; videbat. Manè igitur iuxta conditum reuersus est, & ipsa sacramen- torum,

torum, quæ desiderauerat, pro ritu Ecclesiæ compos effecta, beatum finem adepta est, & in sèpè dicto oratorio decenter sepulta. Post hæc Dunstanus, non solum de possel-  
sionibus, quas, vt diximus, ab ipsa matrona commendatas suscepserat, sed & de illis,  
quas sui parentes, de hac vita ad Christum migrantes, ei, quæm vnicum genuere, dimi-  
serant, sollicitus tractabat apud se, quemadmodum Christi membra commodius pos-  
set sustentare. Et his quidem, qui Deo sub patrocinio beatæ Mariæ in eius Ecclesiæ ser-  
uiebant, vel seruituri erant, propinquiores terras perpetuo iure possidendas donauit:  
**Quinq; mo-**  
**nasteria,**  
**Dunstani**  
**opera, con-**  
**structa &**  
**data.**

**Quinq; mo-**  
**nasteria,**  
**Dunstani**  
**opera, con-**  
**structa &**  
**data.**

**Cap. 12.**

**S. Dunstanus**  
**videt in ca-**  
**lo patientes**  
**suos.**

**Philip. 3.**

**Prædicun-**  
**tur ei à quo**  
**dam defun-**  
**to ipse eu-**  
**tura.**

**Cap. 13.**

**1. Pet. 2.**

**S. Dunsta-**  
**nus regi Ed-**  
**mudo egre-**  
**gium le ex-**  
**hibet adiu-**  
**toem.**

Exinde vir Domini infatigabili desiderio ad supernam patriam mentis obtutum di-  
rigere, & ciuibus eius, quibus conuersatione needum poterat, iugis meditatione fatig-  
bat interessè. Vnde contigit, vt quadam die in contemplationis positus dulcedine, subi-  
tò raperetur super se, & patris ac matris suæ animas inter choros angelorum conspi-  
ceret in celorum regno gaudere. De qua visione valde gauisus, immenas Deo omni-  
potenti gratias egit: & deinde, iuxta Apostolum, quæ retro erant, obliuicēs in ea, quæ  
ante sunt, quotidie se extenit. Inde quoq; semper animo secum voluebat, se vide-  
licet parentum suorum legitimū filium nullatenus esse, si minus illis voluntati Do-  
mini obsequendo, propter suam desidiam perderet hereditatem, quam eos viderat in  
terra viuentium acquisisse. Hac meditatione quadam nocte illi vehementissime oc-  
cupato, apparuit iuuenis quidam vultu splendidus, amictu decorus, quem ipse adole-  
scens adolescētem olim nouerat, & sancto sancti amoris fernore multum dilexerat.  
In quem oculos Dunstanus desigēs, paulisper expauit, ex antiqua scilicet notitia, quis  
esset, aduertens, sed iamdudum huic vita exemptum reminiscens. Tunc ille hominē,  
ne timeret, horratus, & ipse ab eo de vita, in qua erat tunc, familiari alloquio rogatus,  
coepit ei de gaudijs regni Dei multa differere, ac demū ea, quæ illi erant cuentura, pra-  
dicere. Ait ergo, cum multis malignorum hominum aduersitates & insidias dæmo-  
num plurimas perpessirum, ad summos Ecclesiæ gradus promouendum, multis po-  
pulorum multitudines sua prædicatione & exemplo Christo Domino acquifitum,  
cum quibus sciret se post hanc vitam perennem gloriam adepturum. Quibus dicit, vi-  
rum foras in atrium ecclesiæ dicit, cīq; locum quendam eatenus incontaminatum  
ostendens, dicit: Ut de his, quæ audisti, omnino certus existas, hoc in loco ante tridū  
presbyter unus sepelietur, qui nondum aliqua corporis infirmitate tenetur. Dixerat,  
& ab oculis eius euanuit. Manè factō, clericos ad locum Dunstanus dicit, & eis quid  
de presbytero, inibi sepeliendo audierit, edicit. Eadem die venit ad eosdem clericos  
presbyter, qui dominæ, cuius actus paulo ante paucis tetigimus, in servitio Dei assidu-  
us esse solebat, conuentione cum eis faciens, quatenus eum in prædicto loco, cū de-  
functus esset, tumularent. Illis vero acquiescentibus, sanus & alacer domum reuersus,  
statim est infirmatus, ac sequenti die defunctus, iuxta verbum serui Dei, in præsignato  
loco sepultus est. Omnes ergo, qui rem gestam audierunt, mirati sunt, & opera Deimi  
ra in Dunstano prædicauerunt.

Sublato de hac vita rege Ethelstano, successit ei in regnum Edmundus frater eius.  
Hic post aliquot consecrationis suæ dies, missis nuncijs, rogit Dunstanum venire ad  
se. Sciens quippe, qua ratione, qua prudentialia, qua omnis probi consilijs gratia prædictus  
fuerit, magnoperè desiderabat illum sibi proximum esse, cuius industria fultus, tam se,  
quam regnum sibi commissum sub equitatis virga facilis gubernaret. Dunstanus ita-  
que regi quasi præcellenti, secundum Apostoli præceptum, obediendum esse perpen-  
dens, regem adiit, & salua in omnibus reverentia ordinis sui, eius imperio se subiecit.  
Ipse suo consilio regni negotia disponebat, ipse lites & contentiones, si quando orie-  
bantur, destruebat, ipse pacem & concordiam inter omnes nutritiebat. Nullus in quali-  
modo egre-  
gitur, ut causa inuria sibi illata conquestus est, nisi ad comprobandum iudicij  
sententiam Dunstanus mediator aut arbiter federet. Rex ipse & Principes quicq; ita ei  
submissi erant, vt cōtra id, quod ipse iuberet, ordinaret, nemo quicquam faceret. Ma-  
gnus itaq; habebatur a cōstitutis. Hæc omnium honorū inuidis hostis attendēs, & quo-  
nam modo ea turbaret, sua arte perquirens, inuenit quosdam, quorum corda benē no-  
uerat virum non sincerè diligere, sed ei specientis obsequij sui amorem pretendere.  
Hos ad dissipandum bona, quæ non amabat, ardenter contravirum inflammat, ac pri-  
mo

mō clām, postea pālām in detractionem eius illorum ora relaxat. Quid dicam? In tan-  
tam discordiam profecerunt verba malignantium, vt subuersa omni pace, Dun-  
stanus nōn solum pristino honore priuaretur, sed & curia depelleretur.

Quo factō, die tertia rex in syluam venatum iuit. Sylua autem ipsa montē magnā  
altitudinis occupat: Qui mōns in summitate suī interruptus, ingens præcipitiū & hor-  
ridam absumptum spectaculib⁹ offert. Cū ergo fugitantem ceruum hac illacq; rex in-  
sequeretur, ceterū ad præruptum montis hiatus perueniens, introfsum ruit, ac in par-  
tes discissus interit. Infestantes canes par ruina inuoluit. Equus, quem rex sedebat, ru-  
ptis habenis effrenis effectus, obstinato cursu regem post bestiam portans, ad ultimam  
sortem regi præcep⁹ patens barathrum intentat. Ille trepidat & angustiatur. Occurrat  
interim animo eius iniuria Dunstano illata. Ingemit, & se quamcūtissimē illam multi-  
plici emendatione correcturum (solummodo imminentē sibi mortem, eius meritis,  
ad horā Deus auerat) Deo celeri mentis spōsione promittit. Cuius cordis præpara-  
tionem auris Dei cueſtigio audiens, illius misertus est. Equus nanq; ilic⁹ substitut, & re-  
gem à periculo mortis liberatum, valdē gratiosum Deo reddit. Inde ad hospitium Rex  
reueſus, adunatis Principibus suis rei, quā acciderat, ordinem pandit, & Dunstanum  
cum honore & reuerentia adduci præcepit: actaq; coram eo poenitentia pro iniurijs,  
quas ei intulerat, veniam ab eo cum humilitate postulat. Qua potitus, fidū ſe amicum  
viro deinceps omni tempore futurum, nec vterius cuiusq; maledicis verbis de eo  
creditum pollicitus eſt. At vt male dicorum ora inter eos perpetim obſtruuerentur,  
ſcirentque omnes, quo vinculo, qua ſtabilitate amicitia eorū copularetur, ei locū, in  
quo natus fuerat atque nutritus, perpetuo iure poſſidendū, dedit eo pacto, vt quodq;  
arbitrij eius tenor magis eligeret, inde potifimū ordinaret. Et si (inquit) tibi placuerit il-  
lic tuꝝ professionis viros multiplicare, tanta eis regia liberalitate per misericordiā do-  
mini tribuam, vt multitudini eorū ſemper ſuperabunder multitudine meorum dono-  
rum. Pro quibus Deo & regi Dunstanus gratias agens, & Glasconiam in dominium Extruit mo-  
ſuum accipiens, secundum exemplar parentibus ſuis ſibiq; oſtendum, vt prædiximus, naſterium  
in augmentum maioris Ecclesiæ fundamenta iacere, clauſtra & officinas conſtruerē, Glasconiaꝫ  
& quæq; poterant eſſe monachis, domino Christo ſeruientibus, accōmoda, inibi coc. eiusq; Ab-  
bas fit.  
Cretuit itaq; monaſterium ipsum int̄ & extrā, tā in sancta & monachali religione,  
quām & in multimoda terrenarum rerum poſſeffione. Et quidam de poſſeffione ter-  
renarum rerum vſq; hodiē ſcitur, quod itā ſit: de religione verò ex eo probatur, quod  
itā fuerit, quoniā inde ad Episcopatus, ad Abbatias, ad quæq; officia Ecclesiastica per-  
ſone eligeabantur, accipiebātur, & ad eruditioñē aliarum Ecclesiæ constituebantur.  
Factumq; eſt, vt ſicut, quod ſuprā diximus, ex cercō matris Dunstani rotus Ecclesiæ cō-  
uentus lumen amifium recuperauit: ita ex hoc loco ipsius Dunstani doctrina institu-  
to, omnes ecclesiæ Angliaꝫ conſtet vera religioſis lumen ſumpliſſe.

Inter hāc vita & conuersatio Dunstani magnū contra ſe generabat odium dia- Cap. 15:  
boli. Qui gemens nequaquam inconuulsa mansiſſe ea, que per ſuā voluntatis mini-  
ſtos in eum aduersa coniecerat, per ſeipſum illum aggredi tentat, ratus vel ſic eum à  
bonis, quibus die ac nocte inſiſtebat, deterrendum. Quadam itaq; nocte, dum ſolus ex Dæmon in  
more orare, in lupi effigiem demutatus, corā eo aperro ore & diſteſtis dentibus rin- lapi forma  
gens, horridus appariuit. In qua forma quoniā virum nec ad punctum quidem ab in- ci' appetet,  
tentione ſua deflectere valuit, ſtati in vulpeculam vertitur: & quod illum ad ſe inten- itemq; vul-  
dere faceret, varijs anfractibus & iocofis motibus huc illucque perlabiluit. Tunc Dun- pecula.  
stanus modicum ſubridens: Verè, ait, oſtendis quod agere ſoles, locando nanq; blan-  
diris incautis, vt eos deuores, vt tibimetipſi blandiaris. Sed iam diſcede miſer, quoniā  
Christus, qui leonem & draconem conculcauit, ipſe te lupum & vulpeculam per me-  
ſua gratia ſuperabit. Sentiens ergo Dunstanus prophetiam amici ſui iam ex rerum e-  
uentibus partim demonſtrari veram eſſe, ſemper quaſi nouus accedēret ad feruītū  
Dei, ſtabat in timore, & præparabat animam ſuam ad tentationem, iugiter ad exequē  
dam voluntatem Dei operam dans, nec villa hora, vllōve momento ocio vacans. Vn  
de contigit vno dierum, vt intra cellam ſuam corde & op̄e ē intentus, ſubito angelos  
Dei in ſublimi congratulando audiret paſſalentes in hunc modū, atque dicentes: Pax Angelorū  
Anglorum ecclesia, exorti nunc pueri & Dunstani nostri tempore. Regina ſiquidem canticum  
regi Edmundo filium, qui Edgarus appellatus eſt, eodem tempore peperit, atque hoc  
ipsum, ſimil & quod pacis ſecta or eſet futurus, per angelicas voces atque concentus  
Dunstano Deus innotefcece voluit.

Pax  
Angelorū  
canticum  
audit.

**Cap. 16.** Peridem ferè tempus seruus Dei Bathoniensem Ecclesiam visitare perrexit. Vbi post refectionem corporis in oratione detentus, leuatis in altum oculis, vidit animam cuiusdam iuuenis, quē ipse à puero Glasconie in sancta conuersatione nutrierat, mul tis angelorum fultam agminibus, in cælum deferri. Qui protanta gloria fratris vtrā, quām dici queat, exultans, & immensas corde & ore Deo gratias agens, socijs, quid ac loscentem, ciderit, manifesta voce exposuit, & diem ac horā transitū eius notari precepit. Illis autem ad hæc obstupescientibus, & verbis eius non ex toto fidem accōmodantibus, venerunt quidam ad patrem, qui & de fratre obitū & obitus hora sic, quemadmodū dixerat, accidisse testati sunt. Dehinc sanctus à loco digrediens, & ad regē, secum loqui desiderantē, celeriūst tendens, in medio itinere diabolum sibi obuiā habuit. Qui immo similis, corā eo ludere, subsilire, & multis modis coepit lætitia frena laxare. Quod Dunstanus intuens, & quid tantum dæmonis gaudium portenderet, per spiritum præuidens, iussit monstrum tale se cunctis, qui secum erant, visibiliter demonstrare, quale sibi apparet. Quod & factum est. Requisitus ergo Dunstanus, quid sibi veller illa lascivientis hostis lætitia regem in proximo respondit moritum, & regnum non multò pōst multas tribulationes per pessimum. Quæ sententia veritas facta est, vt ea, quæ pōst dicentur, declarabunt. Super hæc tamen, quæ vir Dei de perulante inimici gaudio dicit, vt alijs quibuldam visum est, nonnulla eiusdem causa fuit, hoc scilicet, quia sperabat defuncto rege, qui Dunstanum in magna reuerētia semper habebat, alium regem mox surrectum, qui nec eum reuereretur, nec eius prudentem sanctitatem, qua se & alios innumeros in Dei seruitio constringebat, regali prouidentia tueretur. Sed in hoc ad tempus deceptus est.

**Cap. 17.** Reginanq; in palatio, antequam dies septem transirent, occiso, & à venerabili Dunstano Glasconie, sub immensa populi lugentis frequentia honorificè sepulto, succedit in regnū Edredus frater eius, vir quidem egregius, & ad exercēda, quæ Dei sunt, seruicio mentis affectu subnixus. Hic Dunstanum nō minori ceteris regibus amore percūit: immo vt ei maiora dilectionis signa monstraret, operam dedit. Elphego siquidē Vuentano episcopo, cuius suprà meminimus, de hac vita translato, multis eum precibus, vt in episcopatum succederet, postulauit. Cui cū ille nulla ratione aciescere veller, rex non modico moerore suffusus, matrem suā Edginam reginam, reginam dicto, omnis bonitatis titulo insignem, de negocio cōuenit, atq; vt illa Dunstanō persuaderet, quod ipse nequieverat, summo studio deprecatus est. Tunc illa hominē ad se euocatum, & ad prandium suum in uitatum, inter epulas de episcopatu suscipiendo coepit interpellare, & ne collum suum à iugo domini alienaret, multa sua fuisse insistere. At ille perpendicularis, quid sibi recondant, qui episcopatum loco proficui & honoris, non officio tenent morū & prædicationis: Oblecro te Domina, inquit, ne tali prece te amplius fatigando, me fatiges. Nam reuerā noueris, quia in diebus domini mei, filii tui regis, me pontificali cathedra nemo præsidere videbit. Dicebat hæc, tum quia sibimet ipsi, hec sub tanto onere desiceret, formidabat, tum quia impium fore iudicabat, si se à rege, qui frequenter corporis languore vexabatur, propter Episcopatum elongaret: maximē, quia totum regnum suum in illius prouidentia & dispositione posuerat.

Et de Pontificatu nunc inter eos quidem res ita remansit, & Elfinus quidam in Pōtificatu ipsius ecclesiæ ilicō assumptus est. At Dunstanus, qui ex voce sacri eloquij veraciter dicere poterat: Ego dormio, & cor meum vigilat: cū sequenti nocte quiete sele dedisset, vidit in somnis se Rōman perrexisse, ac in sua ecclēsia beatissimum Petrum, in sua quoq; sanctissimum Paulum adorasse, ac demum vrbe relicta, in patriam redi tūm accelerasse. Itaq; cū montem gaudij atrigisset, apparuerunt ei Principes regni Dei, beatissimus videlicet Apostolorum princeps Petrus & sanctus Paulus atque Andreas, singuli in manibus suis singulos gladios auro inscriptos preferentes, eiq; pro munere Apostolicæ benedictionis conferentes. Et in gladio quidem beati Petri scriptum erat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. At gladius Pauli, nomen Pauli: gladius Andreæ, nomen Andreæ, continebat. Beatus ergo Andreas in hominem biāndo intuitu oculos dirigenς, modulata voce ex Euangelio cecinit, dicens: Tollite iugula meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humiliis corde, & inuenientis requiem animabus vestris. A glorioſo autem principe Apostolorum, vt manum extenderet, iusta Jeuam extendit, & in palma leui istū ab eo virga percussus, ne vterius abiceret iugum dominii, ipso est signo præmonitus. Ad quem idū ille exercefactus, fratrem, qui corā eo quiescebat, interrogauit, quis ipsum percussit? Quo respondentē: Nemo: iam à quo sit percussus, scire se dixit, sicq; residuum nodis

**Cap. 18.****Cant. 5.****Visio S. Dunstanī.****Ioan. 1.****Matth. 11.**

noctis in seruicio Dei pernigil expendit. Manè narrauit regi, quæ viderat. At ille non modica admiratione permotus, & quid visio significaret, magna ex parte per spiritū edocet, hoc modo respondit: Si, quemadmodum recepi, per gladium nonnumquam intelligitur verbum Dei, cùm tibi beati Apostoli gladios suos cōtulerunt, nimis verbum Dei, quod acceperunt, vice sua dispensandum tradiderunt. Et quoniam Episcopos vices apostolorum ad erogandum verbum Dei agere scimus, episcopatus honore te sublimandum certissimè scias. Quod autem in gladio beati Petri, In principio e- rat verbum, &c. scriptum accepisti: fixum tene, quia sicut ipsa verba nobis specialiter innuunt filium Dei, ita tu in ipsa ecclesia archiepiscopatu sublimaberis, q̄ specialiter Cātuariae dedicata subsistit in honorem ipsius filii Dei, Domini nostri Iesu Christi. In qua etiam vices eiusdem Apostoli agendas scipies, & potestatem ligandi atque soluendi, quam ille à Deo suscepit super totum orbem terrarum, tu ab eo accipies super omnes totius Angliae prouincias & adiacentium insularum.

Post hęc Dunstanus desiderio videndi fratres suos, Glasconiam adiit, ibi q̄ aliquan- Cap. 19. tos dies inter eos habitauit. Interea rex Edredus lethali morbo corruptus, mandans rogauit sub celeritate Dunstanum venire ad se. Ille auditio nuncio, suæ imbecillitatis, quam ex inedia atque vigilijs, necnon aliarum virtutum exercitijs cōtraxerat, oblitus, protinus ascenso equo, ad ægrotum festinat. Iam ferè medium iter exegerat, & suis co- mitatus, residuum quod erat viæ, explore laborabat. Et ecce subito audiuit vocem de Edredire. cælo, quæ dixit: Rex Edredus in pace quiescit. Ad cuius vocis sonitum equus, cui vir gis felicem Dei in se debat, sine omni incidentis lafione, ad terram corruens, extinctus est. Stupefa- obitum di- cti comites de subitaneo animalis interitu, quidam hoc esse potuerit, per audiē percōgnoscit.

Post hunc Eduinum, filius Edmundi regis, obtinuit regnum, corpore quidem iuuenis, cap. 20. sed nulla qua regnum gubernaret, præditus industria mētis. Hic omisso seni consilio, satellites sibi & consiliarios de adolescentibus fecit. Ibat ergo secundum desideria cor- dis sui, & iniqua gerens laudabatur à suis & benedictebatur. Vnde quid mali circunqua- que succreuerit, quām infamis fama populorum aures & ora repleuerit, facile est & me tacēte videre. Ipse nanq; possessiones quorunq; diripere, hos & illos exhæredare, maiores natu, qui nequitij eius aduersabantur, proscribere, totumq; regnum, innumeris oppressionibus conturbare festinauit. Accessit his malis eius nimis detestabile ma- lum. Matrem quippe, totius regni Anglici auætricem & nobilitatricem, Ecclesiarum consolatricem, & sustentatricem oppresorum, & inopum, Edginam dico, suprà memoratam reginam in immensum afflixit, ac vastatis rebus ad eam pertinentibus, ab eo statu, in quo esse solebat, saevus & crudelis deiecit. Gembat Dunstanus in istis, & eo amplius gemebat, quò correctionem suam rex non solùm non admittebat, sed in su- per furiosi more, irrationabilibus eam obiectiōibus contradicendo deridebat. Quid ergo circa talem hominem faceret ignorans, ad monasterium suum Glasconiam, curia relicta, secessit. Ea tempestate strūta Ecclesiæ in fabrica tecti perficiebatur. Ad cuius tecti sustentationem dum trabes vna prægrandis multiplicibus funibus in subli- me raperetur, subito funes disrūpi, & trabes deorsum vergēs, nōnullis coepit interitū minitari. Tunc Dunstanus, qui præsens aderat, ingenti strepitu plebs inclamitās, vt ex. Vide insti- tutione dexteræ suæ imminentī periculo obviat, obsecrat. At ille statim signum salu- tis miracu- lum, & vim sanctæ Crucis.

Inter huiusmodi opera accedit, vt ipse quadā die officinas monasterij, sociato sibi vno ex monachis suis, circuīret, & quid invynaquaq; domo ad supplēdas fratrum necessi- tates haberetur, diligēti cura prospiceret. Quo facto, iter reflectens, ac iuxta oratoriū transiens, repente audiuit vocem de cælo clarè sonantem, & fratrem, qui cum eo ibat, ex nomine hoc modo vocantem: Veni Elffi, veni, veni. Ilicò Dunstanus rem in- telligens: Eia frater, ait, audisti, quō vocaris? Præpara ergo te, quatenus conuersatio- ne illa, vnde appellaris, quādo hinc migraueris, digno habearis. Nā pro certo noueris,

Hh 4 quād

quod in hac vita non diu manebis. Quae viri verba velox fratri obitus, qui citio post ac  
cidit, declaravit esse vera. In ipso itaque loco, in quo vocem de celo Dunstanus audi-  
uit, oratorium in modum turris non multum porrecta sublimitatis adificauit, & il-  
lud sub patrocinio beati Iohannis Baptistae fecit consecrari. Haec videns omnis boni  
inimicus diabolus, ingemuit, non ob hoc solum, quod pro tantis virtutibus, virum coram  
hominibus magnum haberet, sed quia de die in diem videbat, tam ipsum, quem & alios  
per ipsum, in Dei seruitium exinde promoueri. Licet ergo iam sepem ab eo se confusum  
& victimum meminisset, cohiberet tamen ab eius infestatione non potuit. Nam adhuc de

Dunstanus  
verbaverat sci-  
pione dia-  
bolum.

Psalms. 67.

stuarum versutis artium confisus, eum orantem in vrsi effigie hispidus aggreditur, &  
hianti rectu super eum insurgens, horrore sui ab oratione detergere molitur. At ille ze-  
lo diuino corruptus, arreptum baculum, quem manu ferre solebat, in hostem vibrat,  
& eum cedendo, tardiu insequitur, donec idem baculum in tres partes communatus, co-  
fringeretur. Inter quae hunc versum miles Dei psallere cecipit: Exurgat Deus, & dissipetur  
inimici eius, & fugient, qui oderunt eum, a facie eius. Tunc Dunstanus videns bac-  
ulum suum sic in honeste contritum, dixit: Si vivit Dunstanus, scias inimice, huius  
modi baculum faciet, ut si amplius veneris, nequaquam, sicut iste confractus est, pro  
sua gratilitate aut imbecillitate confringatur. Fecit itaque sibi alium scipionem cras-  
sum & fortis, ac illius summitatem argento circunposito decorauit, quod argenteum  
in suprema parte sui in modum concavu sphere formatum, dentem beati Andrei A-  
postoli gestat inclusum. Quem dentem Dunstanus iniuste posuit, tum ut insuperabile  
munimentum sibi praestaret, contra incursus malignorum spirituum, tum quia praece-  
ris sanctis dulci affectu diligebat eundem Apostolum. Propter quae sepiissime illius fa-  
miliari fouebatur alloquo, muniebatur consilio, & auxilio releuabatur. Sentiens er-  
go diabolus suam pugnam, qua Dunstanum a bonis operibus arcendum putabat, sem-  
per sibi ad confusionem, & Dunstano procedere ad gloriam & exaltationem, conti-  
nuit se a corporali illius accessu, aliam viam ad conturbandum illum perquirens.

Cap. 22.

Erat in illis diebus mulier quaedam ex magna & alta progenie nata, filiam adul-  
tam secum habens. Vtrasque, quantum ad corpus spectat, formosa species decorabat:  
sed, quod pudicis mentibus non parueret offendit, libidinosus animus & habitus,  
qui iuxta in eis operabantur, candem speciem validè decolorabant. Haec præfato regi  
Eduin rex taxatur. Eduino assidue adhærebant, suis blanditijs & nutibus illecebrosis pro viribus operam  
dantes, quatenus vnam illarum sibi in coniugium copularet. Ad quas ille impudico il-  
liciti amoris desiderio feruens, indecenti amplexu nunc hanc, nunc illam, neutrius ad  
spectum in hoc erubescens, destringebat. Præterea die quo ipse Eduinus in regem est  
consecratus, a loco conuiuij, in quo cum Archiepiscopis, Abbatibus, totiusq; regni prin-  
cipib; sedebat, iam pransus exiit, & reliquis omnibus, in cameram, ubi præfatae foem-  
inae erant, solus secedit, capitiq; corona sublata, se inter illas in medium iecit. Quod op-  
timates agnoscentes, oppidò indignati sunt, & rem tractantes inter se, Odonem archi-  
episcopum Cantuariensem, qui dignitate ceteris eminebat, vnamiter hortari co-  
perunt, quatenus viros, qui regem sue volentem, sue nolentem, festinè reducerent,  
destinaret. Ad quod agendum cum hi & illi, regi aîra metuentes, se excusaret, tandem super  
Dunstanum Abbatem & eius consanguineum Kinsinum episcopum sententia versata est. Qui ex  
precepto summi Pontificis & aliorum omnium ad regem ingressi, eum, ut dixi, in medio il-  
larum duarum decubantem repererunt. Tunc Dunstanus primo in ignominiosas mulieres  
aspera increpatiis verba vultu & voce contorquens, lacrimas earum, sicut verū casti-  
tatis amatorē docuit, detectus est. Deinde regem, ut se tati opprobrij exortē ficeret,  
monens, ad processus cum redire, eosq; sua præsentia exhilarare summissa voce preca-  
viti zelum.

S. Dunstanus  
proscribi-  
tur.

Vide sancti tus est. Qui animi sui furore, simul & vultus sui robore perfusus, dum se redditum o-  
mnino negaret, Dunstanus manu illius arripuit, & a loco violenter abstractum, impos-  
ito capitellus diademate, ad contuuant es introduxit. Quod mulieris ignominia  
nullatenus aequanimitate ferens, sauis verborum inuestigationibus in virum surrexit, & se  
cum confusione perpetua tradituram, garrula contestatione deuouit. Et hoc qui-  
dem detectabile votum, non tepecente malitia eius, facto exercere sollicita postmo-  
dum fuit. Effectis nanque apud regem, ut cuncta quae in monasterio Dunstani habe-  
tur, diripi, ac deuastari, & ipsum a regno eliminatum, in exilium pelli iuberet. Qua-  
tempestate saeviente, contigit quoddam lachrymabile malum. Quidam enim ex fra-  
tribus monasterij, qui virum contra omnes emulos tueri, & ei usque ad mortem mo-  
re bonorum filiorum, obsequi deberet, propria nequitia magis, quam ipsius doctrina  
imbuti, se medios ad prouocandum regem contra illum clanculo iniecere, & quod edi-  
ctum

Etum de expulsione eius immobile ficeret, quantum poterant, institere.

Dehinc ministris impi principis in direptione rerum Ecclesiasticarum, sicut iussi Cap. 23.  
fuerant, occupatis, & multis exinde graui meroe confernatis, audita est vox cu-  
iudicium in atrio templi, exsulsum risum edentis, & more lasciuæ puella summo gau-  
dio & exultatione persperpentis. Quæ Dunstanus audiens, & dæmonem esse, qui pro  
suo discipulo petulantia letitia iocabatur, aduertens, versus ad illum, dixit: Eia, cia author  
& amicæ omnium malorum, modò de exilio meo letaris, & pro tribulatione pluri  
morum, vnde me dolere conspici, iam gratularis. Sed absque dubio fixum habere po-  
tes, quia nihil est gaudium, quod nunc habes me recedente, comparatione tristitiae,  
quam habitus es me reuertente. In his verbis dæmon aufugit. At Dunstanus videns  
suos in direptionem datos, pietate permotus, qua suprà quam dici queat, fatus erat  
ad omnes, prout sibi possibile fuit, exilium inire distulit, cogitans ne forte Deus cor-  
principis aliquo modo tangeret, & à concepto furore mitigaret. Verum ubi eos, qui  
se hospitio, vel officio aliquo humanitatis cōfouebāt, vidit in immēsum affligi, deprē-  
dari, proscribi, damnari, ratus est melius malignitati hominis cedere, quam tot inno-  
cētes pro suo commodo indebita poena vexari. Ponens itaque Ecclesiam Angliae sub  
tuitione regis omnium C H R I S T I, mare petij, ad ignotam sibi regionem transitu-  
rus, nauem consendit, ductuque diuino, prosperimo cursu in Flandriam venit. Ig-  
tur adhuc mulieris ira, in immanem vesaniam instigatu dæmonis acta, missis nuncis,  
vbi Dunstanus esset, perquiri fecit: & si compræhendi valeret, sine ullo respectu mi-  
sericordia oculos ei erui præcepit. Sed Deus, qui sua sapientia & bonitate priuari ne-  
quit, prius seruum suum per marinos fluētus placido lapsu euexit, quam ministri cru-  
delitatis, ad portum maris cum insequendo pertingere possent. Cum itaque Dun-  
stanus in Flandriam venisset, & principis terræ notitia potitus fuisset, magni habitus  
est, & ab eo valde dilectus. Quem quoniam virtutis virum esse, mundique con-  
temptum funditus habere cognovit, Gandauum cum vt conuersaretur rogauit, ut potè  
loco, qui præcipua religione in omni sua ditione eo tempore præditus esset. Venit  
ergo Dunstanus ad locum, ibique in omni sanctitate degens, omnibus est charus fa-  
ctus, & admirabilis. Exilium itaque in patriam sibi versum est. Tamen in hoc, animo  
sepè deficiebat, quod corpore remotus esset ab eis, quos in hac vita chariores habe-  
bat. In quo defecitu constitutum, dilectus dilector eius B. Andreas Apostolus crebra  
visitatione cōsolabatur, nec eum aliquo incommodo ultrà, quam facile ferre posset,  
grauari patiebatur.

Præterea accidit, vt ipse Dunstanus quadam vice in oratione prostratus, ingenti  
cordis contritione suos, quos in Anglia reliquerat, filios Deo commendaret. Et ecce  
dum orationis prolixitas tenditur, meroe grauatus, somno opprimitur. Vixum ergo  
illi est, se Glasconia in oratorio cum fratribus, vespertinam horam psallentibus, pro  
confuetudine stare. Qui fratres cum dicto euangelici cantico, antiphonam (Quare de-  
traxisti sermonibus veritatis) subiunxisse, & eam vñque ad id, quod dicitur (Quæ cogi-  
tatis, explete) percantassent, conticuerunt, nec ullo modo ipsa ultima verba dicendo,  
eam finire potuerunt. Quibus dum Dunstanus vultu, voce, signis insisteret, vt parum,  
quod de Antiphona restabat, perficerent, & ipsi econtra muta voce confusi starerent, au-  
dita est vox de transuerso in sublimibus, ita dicens: Nequaquam, nequaquam fiet hoc,  
vt quæ cogitauerunt, opere expleant. Neque enim vñquam se à tua potestate Dunsta-  
ne euellent, aut te ab illius coenobij prælatione deponent. Ad hæc Dunstanus euigilas,  
intellexit visionem: & quia nō nullus, quos verbis vitæ imbuerat, & de quibus nil ma-  
li se meruisse sciebat, in suo damno stetisse aduertit, grauiter ingemuit, & eis Deū pro-  
pitium fore supplici prece orauit.

Post hæc misertus est pius & omnipotens Deus gentis Anglorum, ac vt illis ad cap. 24.  
perpetuam consolationem patrem suum Dunstanum redderet, tali consilio, distan-  
te æquitatis, ac misericordia suæ censura, usus est. Excitauit quosque potentes à termi-  
nis magni fluminis Humbra, vsque ad terminos fluminis Thamisię, contra impietatē  
regis Eduini, & eum, quia talēm se fecerat, qualem, vti diximus, regem neutiquam esse  
decebat, vñanimiter persequi, aut vita aut regno priuare moliti sunt. Et ipsum qui, Eccetibyl'  
dem ultra Thamisię fugauerunt: nefandam verò meretricem eius iuxta ciuitatem tio diuina  
Glavornien sem mala morte, quod breui & summatim dictum accipiatur, per-  
diderunt. Quibus patratis, Edgarum fratrem illius super totam terram à predicto Hū in regem &  
bre fluui, vsque ad flumen Thamisię regem fecerunt. Regnum itaque, quod prius c-  
rat vnum, in duo diuisum est, Thamisia suo illud alueo distaminante, vnde frequētes  
lites

lites, seditiones nonnullæ, varij conflictus hominum suborti, totam terram grauissimis tribulationibus concuserunt. Ex quibus omnibus patuit, verum esse, quod supradiximus per lascivium diaboli gaudium Dunstanum intellexisse. Veruntamen Edgarus de die in diem erat in melius proficiens, & Eduinus econtrà in deterius quotidie deficiens. Erat enim Edgarus ipse strenuus & prudens, ac mandatis Dei intimo corde adhærens, propter mala, quæ in Anglia per fratrem suum emergerant, non modico merore tabescerat, eaq; modis, quibus poterat, restringere gestiebat. Hic itaq; percepit regali dignitate, prauos quoq; & qui alios iniqua dominatione solebat opprime, re, potestate, qua gloriabatur, coepit priuare, atq; illos, qui suis reb. iniustè spoliati fuerant, fecit amissa recuperare. Omnibus ergo ecclesijs Anglia, quæ in regno illius erat, pax & concordia orta est, & iuxta quod vox diuina, sicut suprà meminimus, hoc regnato prænunciauit, donec ipse vita præsenti superfluit, in melius aucta & roborata est. Ad hæc missis in Flandriam viris, Dunstanum patriæ cum honore restituit ingenit, ac se suaque omnia eius sapientia atque consilio disponenda commisit. Deinde vt maior authoritas facta eius in cunctis comitaretur, eum Vuigorniensis ecclesiæ Episcopatum suscipere perij, nec à precibus destitit, quoad eum sue voluntati confitaneum fecit. In summum ergo sacerdotium consecrandus, ex more Cantuarium venit.

**S. Dunstanus**  
natus uocatur in An-

glia.

**Fit Episco-**

**pus Vuigor-**

**nica.**

**Cap. 26.**

Regebat eo tempore Christianitatem in Anglia paulò superius nominatus Odo, ipsius ciuitatis Archiepiscopus, vir equidem sanctus, & magnarum virtutum prærogatiui apprimè ornatus. Hic Dunstanum in pontificatum tui Vuinciorum consecratus, admirantibus, qui astabant, eum, omisso ipsius Ecclesiæ titulo, ad archiepiscopatum Cantuariensem titulavit, & quasi successorem seu consortem sibi metipsi conferauit. Vnde à præsentibus, cur hoc faceret? rogatus, respondit: Non constringitur lege donum & vocatio Dei. Et vtique vir iste scio, quis sit, & ex dono gratia Dei video, ad quid eum Spiritus sanctus elegerit. Ex quibus verbis meritum vtriusq; turba, quæ circumstebat, præclarum esse coram Deo aduertit. Inde vir Dei ad ecclesiam, ad quam primò electus fuerat, regressus, & ab ea præclarè suscepitus, summoperè nitebatur opere perficere, quod se ante exitu suum de Anglia, memor erat exultantibz diabolo sponte dissidere. Omnes ergo, in quorū moribus aliquid eum habere intelligebat, arguerent, monere, castigare, corrigeret satagebat, nihil vñquam à correctione voce vacuū relinquentis, vnde gauderet aduersarius, qui circuit, quæres quæ deuoret. Nec nullius persona in istis ab eo considerabatur, sed quisq; iuxta meritum suum, obseruata rationabilis distinctione, tractabatur. In omnibus itaq; & per omnia perquirebat Dei honorē & diaconi confusione. Interea Rex Eduinus vita præsenti subtraetus est, & anima ipsius, Dunstano orationibus occupato, à quibusdā deterrimis hominibus cursim cœlestisq; est præsentata. Cuius miseriā miseratus, suarum iniuriarum immemor, pro liberatio ne eius immensos omnipotenti Deo lachrymarum imbræ effudit, nec ab eis desistit, donec se pro eo exauditus agnouit. Facto igitur non grandi interuallo, Mauri illi ad Dunstanum sua præda vacui rediunt: & quia ipsius iniurias superuacuè vñscisci vñne. Eduini. super ineffabili misericordia eius ineffabiles gratas egit.

**Verum se**  
præstat epi-

**scopum.**

**Precibus su**  
is liberat a.

**nimam de-**

**fundi regis**

**Eduini.**

**Cap. 27.**

Posthæc Edgarus partem regni, quam diximus Eduino remansisse, obtinuit, regnumq; suū unitatem recepit, bellis ac seditionibus, quæ ex eius diuisione emerserat, quaquaversum sedatis. Exin defuncto Episcopo Londoniensi, quæ situm est, quis in episcopatum dignè succedere posset. Et cum in hoc aliquantulum temporis expenderetur, nec decens persona & idonea reperiatur, tandem electio omnium super Dunstanum versa est, & ipse Pontificatum prædictæ Ecclesiæ suscipere communis cuncto. **Creatur L**orum conclematione coactus est. Vtriq; igitur Ecclesia, Vuigorniensis videlicet & Lōdoniensis, eo præsule gloriabatur, quādoquidem ipse summa necessitate compulsus vtriusq; Pontifex per nonnullum temporis spatium erat, vtriq; sollicitudinis suæ cum impendens, vtranque intus & extrâ sua defensione contra omnes æmulos munens, in vtraque officium pontificale opportuno tempore sedulus exequens. Envisio, quā suprà descripsimus in gladijs Apostolorum, partim impleta est, cum i.e. episcopatu Londoniensi, qui ex nomine beatissimi Pauli celebris habetur, confirmatus est. Profecto namq; gladium ipsius Apostoli ipsi Ecclesiæ prælatus accepit, quia verbū Dei, morem illius fecutus, subditorum cordibus infudit excellenter, & potestate, quæ ille in virtute Domini Christi gloriatus est, ipse ad terrendum impios, ad demulcendum pios circunquaq; vñsus est. Quod & in Ecclesia Vuigornensi strenuus egit, quā in gladio

gladio beati Petri regendam suscepit. Siquidem episcopatus idem per id temporis in honorem ipsius Apostoli gloriose fundatus habebatur. Sed Osvaldus vir sanctus & religiosus, quem in regimen ipsius ecclesie beatus Dunstanus, Cantuariensis auctor & effectus, sibi succedens fecit, quia clericos ibi degentes nec à prauitate sua cōuertere, nec inde, eō quod nobiles iuxta seculum atque potentes erant, quibat eliminare, construxit penē contiguam ipsi ecclesiā ecclesiam beatāe Dei genitrici Mariæ, in qua ipse cum monachis, quos se proposuerat adunaturum, Christo seruiret. Quod & factum est. Religio itaque monachorum contemptum clericis peperit, & vulgi conuentum ab eis alienatum, sibi assiduum fecit. Quid plura? Numerus clericorum passim minuitur, monachorum conuentus indies augerit. Quidam insuper ex ipsis Clericis conuersi, numero illorum additi sunt. Hoc modo sedes pontificalis mutata est in Ecclesiam beatāe Mariæ semper virginis.

Memorato itaque Odone Archiepiscopo Cantuariorum ad perennis vita gaudia translato, immensum omnibus Anglorum Ecclesijs luctum suus transitus intulit, & innumeros populos acerbo moerore percussit. Postulatus Dunstanus Odoni in patriarchatum sedis Anglorum succedere, abnegat, suscepit regiminis onus satis graue si bi ad portandum, etiam si maius non addatur, protellans. Vnde Belfinus, Vuentanæ ciuitatis antistes, per regni principes, quorum alios re præsentium, alios spe munera futurorum ad hoc sibi fautores effecerat, archiepiscopatum, rege annuente, obtinuit. Qui post aliquot adeptæ dignitatis dies Romam pro archiepiscopatis stola petens, in Alpibus nimia frigoris asperitate correptus, ultimum flatum ibidem emisit. Post quem substitutus est in summum Ecclesiā Dorobornensis pontificatum. Bixelinus Dorsetensis populi præsul, vir torus ex mansuetudine, humilitate & modestia factus. Verum vbi compertum est, nihil in corrigendis vitis, nihil in exercendis Ecclesiastis. Disciplinis, nihil deniq; virtutis seu constantia in eo esse ad tuendos bonos, vel coercendos malos, ad ecclesiā suam redij: & ita sedes Cantuariensis à Pōtifice aliquā dies diebus vacua stetit. Itaq; vnamis omnīū elec̄io Dunstanum inclamitat, illū solū sc̄nōs vociferans, quem tanta sedes dignè valerer habere rectorem, præsertim cum à primeo ætatis flore viræ sanctitas, morum grauitas, & cui nemo contrariebat, eū perlustrauerit inuita, constans & sequenda authoritas. Hac ergo Dunstanus acclamatio fit Archiepiscopus Cantuariensis. suscepit, & in eam immensa omnium adiacentium Ecclesiarum ac populorum extulazione & gloria deductus ascendit.

Post hoc, temporis opportunitate accepta, beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli limina petiit, & cum summa sedis Pontifex magno sincera dilectionis affectu illō veniente exceptis secumque postea familiarius agens, & agendo templum sancti spiritus esse cognoscens, magnifice illū honorauit, ac stola sui Apostolatus, pro qua venerat, decentissime decorauit. Sicq; delegata ei legatione Apostolica sedis, gēti An glorium pastorem, ac salutis eorum prouisorem deftinavit. Itaq; vir Dei Roma reveritus, & in patriarchatum primæ sedis Britanniarum receptus, in ipsum mundi principem quasi gigas surrexit, & armaturam verbi Dei à dextris, & à sinistris constanti virtute in eum vibrare, & membra eius circumquaque debellare & prostrernere cœpit, & eneuare.

Inter hęc visionem, quam sibi in Apostolicæ armaturę oblatione dudum apparuit. se descripsimus, mente reuoluens, & eam iam in administratione regiminis duarum Ecclesiarum, Vuigorniensis videlicet & Londoniensis, fermè impletam conspiciens, dicendum existimo, per quid archiepiscopatus Cantuariensis, qui hos dignare præcedit, & in quo ipse excellenter sedet, ei præsignatus sit: nimirū per verbum Dei, quod scriptum suscepit in gladio beatissimi Petri, secundū quod illud rex Edredus exposuit, quando ei visionem ipsam ipse Dunstanus, vt prædictus, retulit. Sicq; gladius Petri, Ecclesiam Petri: & verbum Dei, Ecclesiam verbi Dei, quæ Cantuariæ sita est, significauit. Exin videtur rationi consentaneum dicere, quid gladius beati Andrew cum ceteris oblatus portenderit, quandoquidem ipse in nulla Ecclesia, qua sub nomine ipsius Apostoli consecrata sit, sicut in prædictis tribus Ecclesijs, sedet. Quod quidem, quantum attinet ad nos Anglos, quibus quid hoc sit, luce clarius patet, superfluum reor dicto commemorare vel scripto. Propter externos tamen, si forte aliquād ista casu ceciderint inter eos, breuiter dico, illū meritò cum gladio Petri, verbo inscripto Dei, gladium suscepisse Andrew: nam qui Ecclesia Cantuariensi per pontificatum præsideret, Roffensis Ecclesia, quæ sub patrocinio B. Andrea subsistit, per Episco-

**E**ximia virtus & constantia eius. Episcopi institutionem, pér horum & horum intus & extrā, cùm res exigit, dispositio-  
nem, ytpote suo dominio p̄f̄det. Quis ergo in cunctis, quæ religione competunt,  
Dunstanus fuerit, videlicet, cuius virtutis ad omnes omnium personarum iniustias  
deprimendas, atque bona opera fouenda & munienda extiterit, vsque hodiē tota An-  
glia canit, nec opus esse arbitror, vt me illis scribendis fatiget grandis labor. Nonnulla  
tamen, quæ ab illis, qui ex eius tempore vsque ad nos per successus etatūm Luxére,  
accepimus, compendioso relatu subijciam, quatenus inde percipiatur veritas Verbo-  
rum, quæ proposuimus.

Cap. 31.

**C**ōrrect  
hominem  
inceustum.

Comes quidam p̄potens cognatam suam illico copulauerat, & à Dunstano semel, secundò & tertio redargutus, incestum suum diuortio expiare  
nolebat. Quapropter gladio spiritus sancti à viro Dei percussus, à liminibus est sancte Ecclesiæ separatus. Qui typho tactus superbiæ, regem adit, Dunstanum immoderatae  
& impia seueritatis accusat, regia sanctione se ab eius tyrannide liberum constitui  
querula voce precatur & obsecrat. Cuius verbis Rex acquiescens, Dunstano mandat,  
vt hominem cum ea, quam duxerat, in pace manere sinat, & à quibus ipsum suspen-  
derat, liminibus sacrī restituat. Miratur ille ad auditā, & dolet religiosum regem per  
mendacem hominis lingua, ante rei inquisitionem & examinationem, esse sedu-  
ctum. Ponit tamen hominem ad rationem, & tam pro commissio criminis, quām &  
propter iniustam suī criminationem, apud principem terræ factam, paulò durius in-  
crepat, cupiens eo modo ad poenitentiam & correctionem cor illius emollire. At vbl  
vidit ipsum non solum verbis suis non consentire, sed insuper contumaci spiritu  
contra se furere minarique, supra id, quod eum ab ingressu domis Dei suspende-  
rat, vt dixi, omnem ei communionem fidelium, donec a sua prauitate discederet, in-  
terdixit. Tunc ille seipso deterior effectus, immani est furore corruptus: & nihil corū  
quæ possidebat, alicuius esse momenti reputans, ad hoc solum se totum studebat im-  
pendere, vt Dunstano excitaret scandalum, & Christianæ legis iugum, quo à sua libi-  
dine coērcebatur, sibi faceret alienum. Legatos itaque suos Romam destinat, & tali-  
bus assueta quorundam Romanorum corda & ora in suam causam largo munecrati  
giori sponsione permutat. Quid deinde? Pr̄sul Apostolicæ sedis Dunstano, peccatori  
homini condescendere verbis ac literis mandat, & eum Ecclesiæ gremio integrè con-  
ciliare monet,hortatur, imperat. Ad quæ Dunstanus ita respondet: Equidem cùm illi,  
de quo agitur, suī delicti poenitendum gerere video, p̄ceptis domini Papæ libens  
parebo. Sed vt ipse in peccato suo iaceat, & immunis ab Ecclesiastica disciplina no-  
bis insultet, & exinde gaudeat, nolit Deus. Auertat etiam Deus à me, vt ego causa a-  
licuius mortalis hominis, vel pro redemptione capit is mei, postponam legem, quam  
seruandam statuit in sua Ecclesia idem Dominus meus Iesus Christus filius Dei. Hæc  
sibi relata ille audiens, & Dunstanum ab his, quæ certò diceret, inflexiblem esse cer-  
tissime sciens, & excommunicationis suæ poena cum pudore hominum constrictus,  
tum timore periculorum, quæ talibus nonnunquam accidere solent, perterritus, ob-  
finationem sue mentis deposituit, & abdicato illico coniugio, poenitentia sibi cultū  
imposuit. Dunstano nanque generale totius regni concilium de obseruātia Christia-  
nitatis celebrante, ipse suī met oblitus, nudis pedibus, laneis indumentis corpus ami-  
ctus, virgas manu ferens, Concilio sese medium ingessit, & ante pedes Dunstani ge-  
mebundus & ciuilans corruit. Quo viso, moti sunt omnes, qui aderant, ad pietatem,  
& ipse parer omnium, maiori p̄cāteris pietate motus est. In vultu tamen seruato  
disciplina rigore, ytpote hominum D̄o reconciliare desiderans, lachrymas eius ad  
horam seueras sustinuit: ac demum à toto Concilio postulatus, lachrymans & ipse,  
culpam indulxit. Itaq; ab excommunicationis vinculo absolutum, communioni fi-  
delium, gaudentibus cunctis, eum restituit.

Cap. 32.

**R**edit ad sa-  
nam mentē  
inceustum.

**V**ide nota-  
bile exem-  
plū publica  
poenitētia.

Alio tempore monetarij tres, qui in potestate viri erant, cum falsa moneta capi-  
ad subeundam poenam, hominibus per totum regnum promulgatam, sunt adiudi-  
cati. Quæ res Dunstano abscondi nō portuit. Die ergo Pentecostes idem pater Missarū  
solennia celebratur, percontatur, vtrūm Dei populo statuta iustitia de ipsis mon-  
etarijs facta fuerit, an non? Respondet eam, ob reuerentiam tanti diei, in alium diem  
esse dilatam. Nequaquam, inquit, ita fieri. Monetarij namq; , qui falsos ex industria de-  
narios faciunt, fures sunt, & eorum furto nullum esse nocentius cognosco. Nam in  
falsa moneta, quam faciunt, totam terram spoliant, seducunt, perturbant. Ipsi diuites,  
ipsi mediocres, ipsi pauperes in commune lādunt, &, quātum ad eos pertinet, omnes  
aut in opprobrium, aut in egestatem, aut in nihilum redigunt. Quapropter noueritis,  
quia

quia ego hodiè ad sacrificandum Deo non accedam, nisi primò illi, qui depræhensi Nota seu sunt, eam, quam in seductione totius populi promeruerunt, subierint pœnam. Si enim ritatem san in ultione tanti mali, cùm negotium me respiciat, Deum placare superfedeo, quo- At viri in modò illum de manibus meis sacrificium suscepturum sperare quo? Sed hoc licet neā adulter eos, qui mo crudelitati possit ascribi, Deo tamen patet intentio mea. Lachrymæ, gemitus, atque iarrant. suspiria viduarum ac pupillorum, clamor quoque vulgi totius mihi incubit, & cor rectioñem huius mali deposita. Quorum afflictionem si, quantum in me est, mitiga re non intendo, & Deum, qui gemitibus eorum compatitur, nimis offendō, & alios ad idem malum exercendum promptiores & audacieores facio. Dixerat, & pro pœna il lorum, qui manus erant perdituri, pietate motus, lachrymis manat, ut satis esset vide re, de quo fonte procedebat edictum, quod nonnullis videbatur crudele. Vbi verò audiuit præstitutam iustitiam facta, surrexit, ac lota facie, ad oratorium exhilarato vul tu abiens, ait: Quia dominum, obediendo statutis iustitiae legibus, audiui hodiè, confido quòd & ipse per misericordiam suam sacrificium de manu mea suscipiet hodiè. Cuius confidentiae effectu priuatus non est. Eo quippe inter sacrosancta Missarum solennia sacras manus extendente, & Deum patrem omnipotentem, ut Ecclesiæ suā Catholicam pacificare, custodiare, adunare & regere dignaretur rōto orbe terrarum, in Columba terpellante, niuea columba multis intuentibus de cælo descēdit, & donec sacrificium calitus ve consumptum esset, super caput eius expansalis & quasi immotis sub silentio man niens, sacer fit. Inter hæc quid animi gereret seruus Dei, quo amore, qua dulcedine, quo desiderio pitifiser. putas in Deo paſcebat, qui ex præfenti gratia Dei, tali visitatione fouebatur? Con sumpto sacrificio, columba eadem in Australē altaris partem declinavit, & super tumulum B. Odonis, cuius suprà mentionem fecimus, se reclinavit, alis suis hincinde illum cōplexans, & quasi rostro deosculans. Quod B. Dunstanus intuens, & exinde meritum iacentis appendens, in tanta eum deinceps reverenter habuit, ut quoties sepul chrum eius transiret, genua flesteret. Cognomine quoq; boni in materna lingua post hæc semper eum nominare cōsuevit, videlicet: Odo segode, quod Latinè sonat, Odo bonus. Quo cognomine ex eo tempore vsq; ad hanc nostrā æratē solet ab Anglis, maximè tamen in Cantuaricis, nuncupari. Percantata missa, Dunstanus ab altari digreditur. Ministris autem eius pro signo, quod acciderat, his & illis innuentibus, & alios ex fratribus ministerio Pōtificis affuturos suspicantib; ipsi se in diuersa tollunt, ac virum, immensis adhuc ex præsentia gratiæ Dei lachrymarum imbris madentem, solū re linquunt. Et ecce dum casulam, qua inter sacra vestiebatur, deponeret, nec vllus adfet, qui eam susciperet, disponente Deo, suspensa peperit in aëre, ne cadēs in terram, seruum Dei à sua turbaret intentione.

Per id fermè temporis rogatus à quodam viro nobili & religioso, dedicauit ei Ec. Cap. 33. clesiam vnam, quam ipse in fundo suo construxerat. Vbi ad ministerium aqua deficiē te, & ob hoc homini nonnulla mœstitudine subripiente, famulus Dei præmissa prece terram baculo percussit, illicoq; fons limpidissimus erumpens, omnes, qui præsentes erant, non modicum lætificauit. Qui fons vsque hodiè manans, Dunstani nomen & Excitat fon meritum celebre facit. Idē pater à Cantuaria in remotiores villas suas opportunis spa tis, lignearm Ecclesiæ fabricauit. Quam ipsem et dedicans, dum ex more circumiret, & eam ad æquinoctialem soli ortu minimè versam perciperet, fertur quòd transiens humero suo illam aliquātulūm præssit, moxq; mutatam a proprio statu, in medium orientis tramitem pro voto conuertit. Quod ipsum facile potuisse efficere, nemo am Matth. 17. bit, nisi qui verbis domini Christi, quibus fidem sicut granum sinapis habētibus pro mitit, quòd etiam montem dicto transferent, incredulus existit.

Inter huiusmodi opera Dunstanus Deum semper in mente habere, Deo, quicquid Cap. 34. boni perficiebat, non sibi, ad scribere: magnum humilitatis, minimum elationis cor per omnia & in omnibus possidere. Cùm autem à secularium negotiorum occupatio nibus ei quies arridebat, modò contemplationi diuinæ & orationib; incumbebat, modò fra dō sacrarum scripturarum lectioni & earum expositionibus intendebat, modò fratum exhortationi, seu librorum emendationi sedulus operam impendebat. In compūtatione verò lachrymarum tanta gratia prædictus erat, ut quoties eum sacris altari bus sisti, vel aliquo officio Pontificali fungi conspiceres, Spiritus sancti feruore mentē eius accendi, & quæ ipse exterius administrabat, illum interius operari per indices ex oculis illius recurrentes lachrymas non dubitares. Hæc inter sibi & successoribus suis competentia, tam intra muros vrbis, quam & in quibusq; villis, ad archiepiscopatum li perti.

Exercitia e ius ab occu pationibus vacui.

pertinentibus, ædificia constitui, vel cōstituta, si qua ex parte dīrata essent, rēnouata fa  
ciebat, se scilicet in istis non modò sibi, sed & multorum utilitati natum vivereq; per  
pendens. Præterea cunctarum ecclesiarum totius Britanniæ adiacētiūmq; insularum  
solicitudinem strenuus gerebat, & earum causas, quæ ad eum, sicut ad primatē & pa  
triarcham quotidie cerebantur, disponebat. Et quia vigilanti studio domino Christo  
per omnia famulabatur, sēpē ciuium supernorum gaudijs atq; concentibus angelorū,  
ad quos suspirabat, misceretur, aliquando corpore vigilans, aliquando sancto iopore  
quiescens. Quodq; forraſis nō minus stupeas, per viſum quādam à spiritibus didicit,  
quæ postea in seruicio Dei canenda suos edocuit.

Cap. 35.  
Viſio eius  
cælestis.

Quadam etenim nocte, cūm membra quieti dedisset, per viſum in superna raptus  
est. Conspergit itaque, & ecce mater sua cūdā regi potentissimo in cōiugium subim  
mensa confluentium magnatum lātitia & exultatione copulabatur, resonantibus vn  
diq; hymnis ac laudibus in gloriam eiusdem regis, organis quoq; ac diuersis melodijs  
concrepantibus in his regalibus nuptijs. Quibus dum ipse magnificè delectatus inten  
deret, atq; ad ea totum sui cordis affectum arrigeret, accessit ad eum iuuenis quidam,  
candidissimo teſtus amictu, dicens illi: Cūm viðeas & audias istos lātantium ac iubi  
lantum choros, cur te illis non copulas? cur laudibus eorum non commisces laudes  
tuas? Et quidem si in desponsatione matris tuæ à voce laudis & exultationis cuncti fi  
lerent, tu silere non deberes, nedum illis non tacentibus solus tacere. Ad hæc verba,  
quid in laudem tanti regis cantaret, ignorare se respondit. Sciscitur ergo iuuenis, an

Antiphonā à ſe, quod decenter canere posset, inſtruī vellet. Quod cūm ſibi acceptissimū fore proſi  
dicit diuiniſtus.

teretur, docuit eum antiphonam iſtam: O rex, gentium dominator omnium, propter  
ſedem maiestatis tuæ, da nobis indulgētiam, rex Christe, peccatorum, alleluia. Quam  
pater per viſum ſepiū repeteret, & in laudem p̄fati regis frequentiū canens, mira  
incunditate paſſebatur. Expergefactus autē à ſomno, surrexit gemens, eō quodā tan  
tis gaudijs, tam ſubito ſe in huius mundi ærumnis iuuenit. Antiphonam verò ſtatim,  
ne obliuioni daretur, ſcribi p̄cepit, eamq; à ſuis poſtmodūm cantari ſepiū in ſua  
preſentia fecit. Ex qua etiam magna ſuauitatis feruor ob recordationem glorioſe vi  
ſionis ipſi generabatur, & grande deſiderium pertingendi ad tantum bonum in ani  
mo illius multiplicabatur. Hanc viſionem, quæ p̄ter illam, qua olim patris ſui & ma  
tris animas inter choros angelicos vidit, ei appariuit, quidam, qui ante me de iſis ſcri

Ecclesia ut p̄ſit, vult mysticè referri ad matrem Ecclesiā, quæ Christo ſummo regi per bona o  
Christo de  
ſpoſetur.

pera deſponsatur, & ex qua Dunstanus & quisq; fidelium per ſacri baptiſmatis vndam  
renatus, alimentis paſcitur atq; nutritur. Quod autē Dunſtanum angelus docuit à do  
minatore gentium petere indulgentiam peccatorum, ostendit quid Pontifices agere  
debeant, quoties ad exorandam maiestatem Dei pro ſuis populiq; delictis ſancta fan  
dorū introēunt.

Cap. 36.

Ecclesia p  
titur, & au  
dit cæleſtia.

Alio quodam tempore rex in die Dominica manē venatum iuit, & Dunſtanū, qui  
tunc forte ſecum erat, Miſſam ſuam, donec veniret, diſferre periuit. Appropinquare  
ergo hora tertia, vir Dei ad ecclesiā procedit, & indutus ſacris uestibus, regem, ſicut  
ci promiserat, expectabat. Stabat ergo cubitis innixus altari, orationi ac lachrymis de  
ditus. Tum ſubito ſopore leuiter preſſus, in cælum rapitur, & beatis angelorum ag  
minibus affociatus, audit eos ſumma Trinitati in laudem modulatis vocibus decan  
tantes, Kyrie eleſon, Christe eleſon, Kyrie eleſon. Quorum melodiam cæleſtium  
contemplator edoctus, ad ſe reuerſus eſt. Et conuerſus ad ſuos, interrogat, rex ne ve  
nerit, an non? At vbi cum nondum veniſſe accepit, ad ſuas preces ſeſe conuerſit. Fa  
ctoq; non grandi interallo, iterum extra ſe ductus, audiuit in cælis altifona voce dici:  
Ite, Miſſa eſt. Ad quod cūm Deo gratias, responderetur: accurrentes clerici regis, regē  
ad eſſe vociferantur, ſacerdotē vt festinantiū Miſſam celebret, obſeruant. At ille ver  
lus ab altari, Miſſam ſe habere pronunciavit, & aliam ſe ea die celebraturum abnegat.  
Depositisq; uestibus ſacris, à ſuis de re inquiritur: quod latebat, aperitur. Ex hoc itaq;  
ſumpto ſermone, regem in diebus Dominicis deinceps à venatu prohibuit. Kyrie ele  
ſon verò, quod in cæleſtibus didicit, ſuos docuit, idq; multis in locis hodiē ſancta Ec  
clesia inter Miſſarum ſolennia canit.

Cap. 37.

Noctibus  
loca ſacra  
iuiuit.

Moris erat viro loca ſancta, quando Cantuariæ morabatur, vno tantūm fideli ſo  
cio comitatus, noctu peragrare, & ſe inibi per compunctionem & contritionem cor  
dis Deo maectare. Quadam igitur vice ad monasterium beatissimorum Apoſtolorum  
Petri & Pauli, in quo beatus Auguſtinus & alij nonnulli de patribus Ecclesiæ Christi  
Cantuariensis tumulati ſunt, ex more circa medię noctis ſilētium perrexit, ibiq; Deo  
ſe di

# DE S. DVNSTANO ARCHIEPISCOPO.

375

se diutius in oratione prostrauit. Egressus verò ad oratorium beatæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ, quod in orientali ipsius monasterij parte situm erat, eadem facturus diuertit. Cui appropinquans, audiuit intus voces psallentium atq; dicētum: Gaudient in cœlis animæ sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: & quia pro eius amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo regnabunt in æternum. Ad hæc ille obstat pœfatus, adstinet ostio, ac per rimas illius introspicens, (erat enim obseratū) intuetur oratorium totum immensa luce splendere, & quandam cuncum candidaturum personarum ipsam antiphonam letis concentibus resonare. Alio item tempore præfata pastorum Ecclesiæ limina simili hora pari voto requirens, vbi inde discellit, memoratam sacratissimæ Virginis ædem, preces Deo illic fufurus, adire coepit. Ecce autem ipsa beatissima virginum Virgo, comitata numero virginum choro, venienti viro occurrit, & summo cum honore suscepturn ad suam Ecclesiam, quod tendebat, ducere coepit, præcentibus duabus de choro pueris illud Sedulij carmen atq; dicentibus: Cantemus sociæ domino, cantemus honorem: Dulcis amor Christi personæ ore pio. Quos versus cum chorus virginum resumendo percantaret, prædictæ binæ præcentrices binos, qui sequuntur in ordine, versus prosecutæ sunt: Primus ad ima ruit magna de luce superbus: Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit. Sicque donec vir Dei in oratorium perductus esset, virgineus chorus primos, & virgines binę binos, iuxta quod series hymni se habet, versus modularæ sunt. Propter hæc & horum similia in signis Pater Dunstanus quanti honoris, quantæ reuerentiae vel magnificencie apud omnes bonos exiterit, etimo, quod qui talia Deidona amplecti nouit, magna ex parte & me silente videbit. At his, qui potius in malitia, quam in bonitate vitam a- grec fatigebant, horrorem atque terrorem vultus eius incutiebat, vt ab eo fugere, quā horro ad eum accedere, mallent. Omnes verò, qui peruersa acta sua deserere, & ad recta o- pera cupiebant transmigrare, vera pietatis ac misericordiæ visceribus cum redundante sentiebant, & ultra humanam estimationem consilium simul & auxilium siue fa- lutis in eo reperiebant. A remotis itaq; terrarum partibus ad eum passim currebat, & quo illum preminere notum erat, Spiritus sancti consilium ab eo petebatur. Sed ad ista, si diaboli odium & inuidia saeuebat, nulli mirandum. Sed quia se in perturbatio- ne viri nihil posse, nisi quod iam certo ignominiam sibi, & illi maiorem gloriam adferret, sciebat, ab ea, qua illum sepè fatigare solebat, impugnatione se se cohibuit. Verum, vt eum conturbatum redderet, Edgardo regi, quem multum pro sua reueren- tia diligebat, laqueum miseranda deceptionis tecedit, & irrectitum grauis peccati næ- uo inuoluit.

Quadam enim vice idem rex in monasterium virginum, quod † Vuitonie situm  
habetur, venit, ibique captus in specie cuiusdam pueræ, qua de nobilibus Anglorum  
nata, inter sanctimoniales non velata nutriebatur, custodiebatur, eam suo colloquio  
adduci secretius iussit. Illa cum duceretur, timens pudori suo, raptum ab vna sanctimo  
nialium capiti suo velum imposuit, eo modo se protegi sperans, si fortè rex, quid in-  
honestia se exigere vellet. Quam ipse velatam intuens: Quam subito, inquit, sancti-  
monialis effecta es? Arrestumq; velum dertractis capiti eius, illa conatu, quo poterat,  
frustra obniente. Abusus siquidem ea est, & grani scandalum quiq; per Angliam religio-  
sæ hoc mente vulnerati sunt. Quod scandalum cohercementius fuit, quod rex idem  
legitimam vxorem habebat, Elfedam videlicet, cognomine Candida, Ordineri pre-  
potentis orientalium Anglorum Ducus filiam, de qua & sanctum Eduuardum genue-  
rat. Vbi vero res Dunstano innotuit, acerbo mœrore percussus est. Igitur cum in re nō  
segnisad regem veniret, & ille venienti pro more occurreret, eumque per manum ad Vir sanctus  
folium suum perducere vellit, manum Dunstanus turbato vultu retraxit, nec eam ab  
homine contigi passus est. Ad quod ille attonitus (non enim illum scire putabat, grauitate  
quod clanculo à se factum existimabat) cur manum sibi non dimitteret, inquisiuit.  
Ait: Tu postposito omni pudore, adulterium commisisti: tu despecto Deo, signum ca-  
ritatis non veritus, virginis suam integratem præripuisti: & cur manum, summo pa-  
tronis virginis filium immolantem, impuris manibus non tradam, quæreris! Laua prius per  
pœnitentiam manus tuas à sordibus suis: & tunc demum, quod gratia Dei reconcilie-  
ris, honora & amplectere manum Pontificis. Territus ille ad hæc, terra procumbit, pe-  
des antifitis petit, se peccasse, gemitu verba interrumpe, cōtestans. Quod Dunsta-  
nus videns, tantum in rege humilitatis exemplum vehemēter amplectitur: Velocius  
ergo illum crexit, & pacato vultu cum eo familiariter, qua salutem animæ eius ope-  
rarentur, loquens, septennem ei pœnitentiam iniūxit. At ille pontificali absolutione  
Vide septen-  
nē pœnitentia  
tia tati regis  
potitus.

potitus, omni studio i<sup>n</sup> iuncte sibi poenitentia operam dare, & multa, quibus Deū plā caret, pietatis opera ipsi poenitentia, insti<sup>n</sup>tū & consilio patris sui, sollicitus, cœpit su<sup>r</sup> peraddere. Ipse præterea omni ordini hominum, in suo regno consistentium, legibus sibi in Christiana religione sanctis vti præcipiebat: ipse secus agentes indicta vindicta corripiebat: ipse in prauitate persistentes, cōdigno examine puniebat. Exempli causa:

Vide pœnā incontinentia plebium, voluptatibus carnis plus æquo inferuebant. Quod malum Dunstanū corri- tium Cano gere cupiens, authoritate Ioannis, Apostolicæ sedis antistitis, apud regē obtinuit, quate nū canonici, qui castè viuere nollent, ecclesijs, quas tenebant, depellerentur, & mona chi loco eorum intromitterentur.

**Cap. 39.** Præsidebat ea tempestate Vuentanæ ecclesiæ præfus Athelvoldus, vir eximia san- citatis, & educatione patris Dunstani non parum insignis. Hic cognita de canonici ecclesiæ sua, qui nimium seculares existebant, voluntate Dunstani, monuit eos semel & s<sup>p</sup>eciūs mores & actus mutare, corr<sup>e</sup>tioris virt<sup>e</sup> semitas, relictis foeminiis, arripere. At impre*s*entiarum quidem id sibi possibile esse negantes, voce coruina semper in cra stinum correctionem su<sup>r</sup> pollicebantur. Quod ipse gnarus non diu sustinuit. Paratis nanq; quamplurimis monachorum cucullis, die, quo Communio: Seruiri domino in timore, cantabatur, chorum intrauit, vestes, quas parauerat, secum deferri faciens. Et

Athelyuol. proiectis illis in medium, canonici ait: Animaduerteritis, quid modò cantaueritis? A. dus fan<sup>s</sup>tu<sup>s</sup> nimaduertimus, inquiunt. Igitur, inquit, si seruire domino in timore, & ei vultis exul- Episcopus tare cum tremore, apprehendite disciplinam, vestem videlicet monachalem, ne pe- Canonicos reatis, sicut cantasti, de via iusta. Ad quod illi obstupefacti, more solito inducias pe- incontinen- tes murat in tunt, id se facturos in futuro promittunt. Tunc ille: Mihi credite, amplius nō credam monachos, huic vestræ sponsioni coruina: sed aut disciplinam in præsenti apprehenderis, aut lo- cæteros ex- pellet. illis statim, abie<sup>c</sup>to clericali habitu, monachi facti sunt, cæteris verbo pontificis de ec- clesia eliminatis. Cæterum quia isti, qui ita nouiter fu<sup>r</sup>e conuersi, regularis disciplina normam sine aliorum magisterio docte seruare nequibant, monachi de Abendonia illuc ab eodem pontifice adducti sunt, qui monasticæ institutionis tramitem ibi doce- rent. Clerici verò, qui cieci sunt, citato gressu regem adeunt, iudicium atq; iustitiam sibi de expulsione sui fieri postulant. Referrut negocium ad audiencem Dunstani, & ipse eos æqua postulare pronuntiat. Igitur ex præcepto regis & archiepiscopi coit Vuintoniam nobilitas regnitotius, & rex cum sua coniuge adeat, ad determinandas querelas negocij huius. Surgunt hincinde lites, quas Dunstanus propositis rationibus destruit omnes. Rationabiliter quippe cunctis ostendit, clericos, qui à forte Dei incor- rigibiliter per prauitatem vitæ sua dissiliunt, nil per rectitudinem sibi vendicare posse ex ijs, quæ ecclesijs data sunt ad subsidium eorum, qui in clericatu pura conuersatio- ne se se custodiunt. Quibus auditis, omisfa omnis controversia est, & rex atq; ex princi- pibus plerique, clericorum precibus ad piетatem vsq; permoti, Dunstanum interpel- lant, quatenus hac sola vice parcat, & clericos iam, quid amodò, si se nō correxerint, incurfuri sint, re ipsa edoctos, de ecclesia sua reuestiat. Silet ille ad ista, quidq; portissimu de negocio sit agendum, demisso capite, mente pertra<sup>c</sup>ta. Silentium ingens occupat omnes, & suspensi, ad responsum pontificis erigunt aures. Tunc subiti<sup>r</sup> crucifixi Dei imago, signo Crucis in edito domus affixa, audiensibus cunctis, dixit: Non fiet, non fiet, et iudicatis bene, mutaretis non bene. Tremefactio in his simul vniuerso conuento, intulit pater Dunstanus, & ait: Quid amplius vultis fratres mei? Diuina sententia defi- nitum audistis negocium præsens. Aiant: Audiuiimus verè. Resederunt ergo mona- chi Vuintoniæ securi, & quoad clerici ipsi vixerunt, qui eos super causa ista inquieta- ret, nemo fuit.

**Cap. 40.** Illis autem huic vitæ subtractis filij eorum cupientes recuperare, quæ perdidérant in parentibus suis, in Scotiam miserunt, & inde quendam pregrandis, vt fama cerebat, eloquentia virum, Bernelinum nomine, magno conductum precio, in tuitionem sue cause contra Dunstanum adduxerunt. Conglobati ergo sub uno clericorum filij, regem atq; Dunstanum apud villam, quæ dicitur Calne, in quodam cœnaculo consisten- tes reperiunt, & armati rhetore illo, qui sua victoriæ spes maxima erat, antiquę calū- nię corā eis iurgia promunt. Ad quę Dunstanus his verbis breui respondit: Calumniā istam, quam mouetis, diuinito ore olim definita nouimus, nec eam nouo confictu am- plius in medium reuocandam existimamus. Ego quoq; grandavus sum, & vitæ mez residuum, quod pauci temporis esse non nescio, in pace, si licuerit, transfigere cupio,

Laborau,

Eccet rem stupēdam.

## DE S. DVNSTANO ARCHIEPISCOPO.

377

Laborauit, dum potui: amodò totius laboris impatiens, domino Deo causam Ecclesie sive sive contra insurgentes hostes tuendam committit. Dicit, & ecce solarium sub pedibus eorum, qui aduersus virum conuenerat, cestigio cecidit, omnesque pariter precipitatos, in suo casu non modicū laesit. Vbi vero Dunstanus cum suis consistebat, nulla ruina domus, nullus emergetur casus. Hoc ergo modo calumnia clericorum est sopita, & vsque hodie monachorum conuersatio in ipsa ecclesia stabilita. Eiecti nihilominus per id temporis, & alij complures clerici horum similes de suis ecclesijs sunt, & monachi in locum eorum substituti. Autem est igitur religio per Angliam in tantum, ut quadra-<sup>41.</sup> monasteria & octo monasteria monachis vel sanctimonialibus instituerentur, cooperanti bus B. Dunstano in hoc viris venerabilibus, Osvaldo videlicet, qui primo Vuigornensis, postea fuit Episcopus Eboracensis, & Atheluooldo episcopo Vuintoniensi, quorum supra meminimus. Vitam itaq; Dunstani & actus formidabat omnes, qui incede re volebant iuxta vias adiumentorum suarum.

Inter haec sopito negotio, quod regem Edgarum, ne regio more coronaretur, detinuerat, Dunstanus adunatis Episcopis, Abbatibus, & ceteris Principibus cum tota regni ingenuitate, coram eis adstante innumera populi multitudine, imposuit illi coronam regni, gaudentibus cunctis & iubilantibus Deo in voce laudis & exultationis. Ipso autem post biennium, quo haec facta sunt, immatura morte praevento, Eduuardo filio suo totum regnum hereditario iure reliquit. Qui Eduuardus cum in regem consecrari deberet, nonnulli de principibus terrae contrarie, ne rex fieret, nisi sunt: tū quia morum illius seueritatem, qua in suorum excessus acriter sequire coeauerat: tum quia matrem eius, licet legaliter nuptram, in regnum tamen non magis quam patrem eius, dum eum genuit, sacram fuisse sciebant. Sed Dunstanus discretione & industria confisus adolescentis, ynum non metuens, & obseruato paterna hereditatis & testamenti iure, aliud contemnens, arrepto sanctæ Crucis vexillo, medius constituit, & per rationem cunctis, quæ objiciebantur, elisis, Eduuardum regem constituit, & constituto paternu<sup>Edvardus</sup> affectu, consilium & auxilium in omni negotio, dum vixit, exhibere curauit. Rex Angliae rex quoque ita mores suos in omnibus, & per omnia componebat, ita totum regnum san<sup>à Dunstano</sup> cōstituitur. Cis legibus disponebat, vt & actus eius Deo placarent, & eo, quod in suscipiendo regno ei contradixerant, sibimetipsis quiq; displicerent. Sed illo post aliquot annos per fraudem noueræ suæ interfacto, Ethelredus filius illius malæ mulieris, in regnum substitutus, matris ignominia magis, quam patris sui solertia præditus. Cuius proœctio non des. vsquequaq; sedit Dunstano: ideo tamen, quod proximus regni heres existebat, com- plenit etiis regum, sciens se inoffensis legibus terræ atq; principibus id non posse trahere in quenquam alium. Atramen illum folio regali potum, se uero quodam verborum tonitruo, quia per sanguinem fratris sui regnum obtinuerit, increpauit, & quod in sanguine victurus, & posteri illius crudeli Barbarorum incursu denastandi, tota etiā<sup>Prophetia</sup> terra per plurima secula saeuo illorum dominatu foret depopulanda, prædictit. Quæ licet se viuente euætura negârit, euætura tamen omnino esse, nimis veraci, vt & in Chro- nicas legimus, & hodie videamus, propheta affirmit. Accelerabit, cum sibi placuerit, omnipotens Deus, quam subsecutaram promisit, liberationem pertanti vatis sui merita & intercessionem. Et quidem illum spiritu Prophetæ clariusse, non tantum hinc, sed & ex nonnullis alijs, quæ constat eum veraciter prædictisse, confirmamus, & id sub- iecto exemplo probamus.

Quodam tempore venit Cantuariam suprà memoratus Atheluoldus Vuentanus<sup>Cap. 42.</sup> episcopus, & aliquor diebus ibi detentus est. Detentus est etiam Roffensis episcopus, qui illi simul venerat, detinente utrumque patre Dunstano charitatiua affectione, dulcisflua vita perennis contemplatione, diuini verbi collatione, & sacrorum morum exhortatione & instructione. Cum autem ipse Pontificum pater, comitatus ipsis duob. episcopis, Cantuaria decederet, & pariter longius remotos quenq; ab altero destinati hospitiu via dirimeret, ambo Pontifices à Dunstano benedici petentes, ab eo diuertere & siuum iter cupiebant accelerare. Verum ipso manum extendente ad benedicendum, subito in lachrymas aceras erupit, coepitq; benedictionis verba singultus subsequens interrupit. Illis vero grandi ad rem stupore perterritis, quidnam haberet, quod tam anxie fleret, sciscitati sunt. Respondit: Fleo, quia vos, quos modis sanos & alacres vi- deo, in hac vita non amplius me visurum admodum doleo. Nâ in proximo estis morte duo. rituri, & ad gaudia regni celestis transeuntes, me in huius vita miserijs relicturi. Cui cu<sup>rum Episco</sup> ipsi dicerent: Ne, pater oramus, de nostra morte ita loquaris. Fixum, ait, quod dixi, re- nate: quoniam sic est, & non est mutabile. In his dato altrinsecus osculo pacis, ab inui-

ii 3 cem

cem diutini sunt. Igitur antistes Roffensis mox, vbi sui pontificatus ciuitatem ingressus est, elanguit, & euolutis in infirmitate diebus paucis, defunctus est. Vuintonensis vero, priusquam ad sedem suam venire posset, languore corripitur, & iuxta verbum viri Dei, non longa mora interueniente, finitur. Ex cuius obitu Granis mōror Dunstanū corripuit, tum quia tanti viri ingens solatium amiserat: tum q̄ia cui potissimum tenera adhuc statum ecclesiae gerēdū cōmitteret, dubius fluctuabat. Quos fluctus in gerebat animo eius, hinc monachi nuper intromissi, hinc clerici ab ecclesia illa cieci. Monachi quippe suę professionis virū habere episcopū p̄ceptabant: clerici verò sui ordinis hominē sibi p̄fici desiderabāt: illi videlicet per monachūm ecclesia sibi collata cupientes solidari: illi per clericū ecclesiae sibi ablata sperantes reformari. Sed hæc prouidens sapientia & sapiens prouidentia Dei ciuitus determinauit. Nam per B. An. dream apostolum, cui speciali quodam dilectionis affectu Dunstanum adhædere Dei us concesserat, Dunstanō mandauit, quatenus nihil hæsitans Elphegum Abbatem Bathoniensem constitueret Vuentanæ ecclesiae summum sacerdotem. Lætatus est Dunstanus in ipsis, & redditā Deo gratiarum actione pro suis beneficijs, in Elphego perfecit, quod ei per Apostolum suum Deus ipse p̄cepit.

Elphegūm.  
stituit Vui  
tonensem  
Episcopum

Cap. 43. Multa de hoc viro, iuxta quod multorum non spernenda testimonia ferūt, adhuc literarum memoriarum veraci stylo commendare possemus: verūm ne in culta narratio- nis prolixitate quenquam grauemus, prætermis illis, ad sacram transitum eius enat randum cor & linguam præparemus. Sed quia nostra opis isthuc non est, ore mus, vt ipso, de quo agimus, interueniente, perficiatur ab eo, cuius hoc donum & gratiam sci- mus esse. Dies igitur, quo dominus noster Dei filius, deuicta morte cælū victor ascēdit, celebris illucescebat, & Dunstanus, expleto noctis officio, solus in ecclesia Salua- toris Cantuarie, pro tantigaudij consideratione, Christo rotus inhærebat. Interē cō-

Vñsio iucū  
diffissima 3.  
Dunstano  
oblatā. spexit, & ecce innumera candidatorum multitudine virorum, coronas aureas in capite gestantium, inestimabile fulgor micantium, per ecclesias ianuas irrumpens, coram ipso congregata constitit, & vna voce ei huiusmodi salutationis alloquim persoluit. Salutē Dunstane noster, salutē. Mandat tibi, quem p̄e desideras, filius Dei; quatenus, si paratus es, venias, & diem hanc, ad cuius gaudium vñica dilectione suspiras, nobis as- sociatus, in sua curia gratiosus & hilaris celebres. Ad quorum vultus & voces ille im- perterritus manens, sciscitatus est, quinam essent? Cherubin, inquiunt, sumus & Seraphin: quicquid velis, ad hæc respondeas volumus. Tunc ille sacro cordis ac mentis af- festu, cum supplici voce pro tanta gratia grates debitas agens: Hac, inquit, die, qui ho- nor, quæ spes, quod gaudium in ascensione domini Iesu Christi omni generi huma- no prouenerit, ô sancti & beati spiritus, nō fuis. Nō stis nihilominus officij mei esse, o- ues ipsius domini mei mihi commendatas, hac die vita æternæ panē reficere, & eas, quo tramite illum sequi debeant, quò processit, informare. Cuius etiam rei gratia plu- rimi conuenēre, nec meum est in tali negocio illos decipere. Propter hęc, quò me inui- tatis, non possum hodiē venire. Dixerunt: Eia prouide, vt die sabathī p̄festo sis hinc nobiscum Romanam transire, & coram summo Pontifice, Sanctus, Sanctus, Sanctus & ternum canere. Annuit ipse dicto, & illi in inuisibilia ab oculis eius dilapsi sunt. Huius admirandæ visionis presbyter quidam, Elfgarus nomine, qui in excubijs domus Dei assiduus esse solebat, quiq; postmodum, sicut referente scriptura accepimus, in signis in Elinham episcopus claruit, conscientia esse promeruit. Nam nocte eadem peruigil sacris meditationibus deditus, illucescente aurora, extra seipsum per visum raptus est, vidit- que B. Dunstanum cathedrali præsidere, & ei canonica iura clero dictanti, formosorum iuuenium immensus agmen assistere. Audiuit etiam ea, quæ proximè digessimus, cosdem iuuenes ei dixisse, quæq; retulimus, ab eo illis respōsa fuisse. Quod vt reor, eadē re viro illi dominus paterfieri voluit, quatenus & gloriam transiūti fide- li testimonio commendaret, & ipse ad eandem gloriam tanto indicio vehementius anhelaret, necnon antistes quandoque futurus, eam suis, vt pote cognitā, certius p̄- dicaret.

Cap. 44.

Dunstanus itaq; de gaudio domini sui, ac de imminentे sibi æterna felicitate secu- rus, gratulabundus in domino lætabatur, & spirituali ad omnes iucunditate repleba- tur. Nam diurni officij hora instabat, & Pontifex illud celebraturus, festiuus ad altare processit. Populorum turba quasi deitatis instinctu ad aliquid noui audiendum solito numero sior aduolans, ecclesias parietes, vix multitudini sufficientes, vndique com- plet. Lecto igitur ad Missam Euangelio, procedit episcopus populo prædicaturus, & regente cor eius & linguam Spiritu sancto, locutus est, qualiter antè nunquam fuit lo- cutus.

Vide san-  
ctissimi vi-  
ri summan-  
perfectione tatis, non possum hodiē venire. Dixerunt: Eia prouide, vt die sabathī p̄festo sis hinc nobiscum Romanam transire, & coram summo Pontifice, Sanctus, Sanctus, Sanctus & ternum canere. Annuit ipse dicto, & illi in inuisibilia ab oculis eius dilapsi sunt. Huius admirandæ visionis presbyter quidam, Elfgarus nomine, qui in excubijs domus Dei assiduus esse solebat, quiq; postmodum, sicut referente scriptura accepimus, in signis in Elinham episcopus claruit, conscientia esse promeruit. Nam nocte eadem peruigil sacris meditationibus deditus, illucescente aurora, extra seipsum per visum raptus est, vidit- que B. Dunstanum cathedrali præsidere, & ei canonica iura clero dictanti, formosorum iuuenium immensus agmen assistere. Audiuit etiam ea, quæ proximè digessimus, cosdem iuuenes ei dixisse, quæq; retulimus, ab eo illis respōsa fuisse. Quod vt reor, eadē re viro illi dominus paterfieri voluit, quatenus & gloriam transiūti fide- li testimonio commendaret, & ipse ad eandem gloriam tanto indicio vehementius anhelaret, necnon antistes quandoque futurus, eam suis, vt pote cognitā, certius p̄- dicaret.

eritus. Reuersus deinde ad altare, panem & vinum in corpus & sanguinem Iesu Christi, immaculata benedictione conuerit. Vbi vero ad benedictionem super populum Transubst*ta*  
ventum est, iterum populo prædicatur, ab altari digreditur, & debriatus spiritu Dei, tatio.  
sic de veritate corporis Christi, sic de futura resurrectione, & vita perenni tractauit, vt  
ipsius perpetuis vitæ ciuam loqui putares, si personam loquentis cognitam prius non habet. Nota, deve  
beres. De obitu tamen suo nullam mentionem fecit inter loquendum, pia videlicet a. ritate corpo  
rū nimiriteritudine & tenera pietate praeventus, nolens eis tristitia malum duplicatum  
ingerere, quibus diem mortis suæ iudicabat simplici tristitia malo posse sufficere. Ser  
mone finito, altare repetit, & pontificalem benedictionem super populum edidit.  
Interea nimium mente vulnerabatur, metuens videlicet, ne charissimi sui, quos de-  
serebat, improuiso mortis sue iaculo percussi, atrocius dolerent, quam si antequam  
adictum venirent, illud præviderent. Vnde data benedictione, tertio populum, cun-  
ditis stupentibus, adjit. Mox autem ut os ad loquendum aperuit, tanta claritate vultus Mirabilis splen-  
eius resplenduit, vt in toto illo conuentu nemo esset, qui radios oculorum irreuerbe-  
rata acie in eum figere posset.

Quæ ergo dulcedo, quæ suavitas, quæ iucunditas repleuerit corda & ora cuncto. Cap. 45.  
rum, qui praefentes quæ dicebantur, meruerunt intelligere, verbo seu scripto expone-  
re scio nulli esse possibile. Sed ubi seruus Dei instantem sui obitū diem detegere coe-  
pit, omnis exultatio mœrore concutitur, & tali mœrore, ut ipse pater, qui iam gaudijs  
perennibus inferebatur, motus admiranda pietate, qua prædictus erat, vnu de mœren-  
tibus esse videretur. Verum iniecta vi spiritu † sancto, lachrymans, lachrymantib[us] cō- for. † suo.  
solabatur, dicens inter alia, nequaquam in debere eos de transitu eius dolere, quem non  
labor aut poena, sed quies & gloria perpera exciperet. Dicebat enim neminem in veræ  
charitatis radice fundatum, qui magis suum tempore commodum, quam proximi  
perpetuum diligeret emolumentum. Ad firmamentum quoq[ue] consolationis ipsorum  
promisit in spe gratiae misericordis Dei, quod licet illis corpore absens fieret, nunquam Ecce nō de-  
tamen eis praesentia spiritus sui abesseret. Finitis eiusmodi dictis, commendauit omnes sunt sancti  
Christo, & deum illis adhuc gloriosum vultum eius desiderantibus, ad mēsam Do sentia spiri-  
mini vitam suam epulaturus ascendit. Ipsa die cū à mensa sumpto cibo surrexisset,  
venerando suorum cœtu stipatus, oratorium petiit, designatoq[ue] loco, in quo sepeliri  
volet, sepulchrum sibi præparari præcepit. Inde iam languor sacri corporis artus  
inuadit, & sua Dunstanus inualida membra quieti tradit. Itaq[ue] sexta sequenti feria le-  
tio decumbit, & incessabili mentis deuotione Deo intentus, omnes aduentates ad se-  
cunda Iesu Christi vestigia incitabant.

Sic dies ille defluxit, & laboris Dunstani ultimus, beatæque quietis primus dies illu- Cap. 46.  
xit. Confluit clerus & populus omnis, trepidi prætolantes euentum, quem de se prædi-  
xerat pastor communis. Etiam Dunstanus gaudium Domini sui intrare audius, horā,  
angelica sibi visitatione predictam, corpore Christi saginatus & sanguine, latet expe-  
ctabat. Tunc subito inuisibili quadam deitatis virtute cum lecto, in quo iacebat, usque Cū lecto in  
ad domus superiora levatus est: sed trahibus, ne ultra veheretur, obstantib[us], leniter est quo decubebat, sursum  
ad terram demissus. Pauore percussi nonnulli circumsedentium, in diuersa dissipantur.  
Sed illo iam demisso, cū quasi ad quiescentem reueterentur, iterum, sicut prius, ad tollitur.  
trabes rapitur, eisq[ue] offensis, ad solum demittitur. Hoc & tertio factum est. Tunc pius  
pater, congregatos circa se conspiciens filios suos, dixit: Fratres mei dilectissimi, oves  
pastoris Dei, vos ipsi oculis vestris intuiti estis, quod vocor, quod vadam. Non stis viam, qua  
inceps: non stis opera, quibus insudaui, dum vixi. ecce consumatio illorū in superna me tol-  
lit. Quapropter breuiter mones hortor & consuluo, si quod vado, vultis venire: via, qua  
inceps: non pigeat vos ire. Ipse benignus Deus, qui direxit iter meum ad se, dirigat ad  
omnem voluntatem suam corda & corpora vestra in pace. Et responso à cunctis, A. Migrat ad  
men, transi: & angelicus eum chorus ducentibus, migravit ad Christum, qui ei factus est christum.

Sepultus est sancte, in quo ipse disposuerat loco, loco scilicet, ubi quotidie diuinū of. Cap. 47.  
ficium à fratribus celebrabatur, qui fuit ante gradus, quibus ad altare Domini Christi  
ascendebatur. Quod ab eo grandi pietatis affectu dispositum non dubitamus. Volebat  
enim benignus pater filii suis, quos veraciter diligebat, quosque in mundi turbine  
post se relinquebat, etiam defunctus corpore iugiter interesset, quatenus quæ vellent,  
sicut viuo, fiducialiter coram eo depromere possent, cuius spiritum ex promissio-  
ne, quam ipius fecerat, semper affuturum non dubitarent. Et hoc quidem ita  
dixerim, secundum quod ex eo tempore factum scimus, & usque hodiè fieri à mona-

Inuocatur  
a multis, iis  
que opitu-  
latur.

chis ipsius circa sacratissimum corpus eius conspicimus. Quotidiè nanque de suis ne-  
cessitatibus tam corporis quam animæ leuamen desiderantes, illuc currunt, & sicut  
a piissimo patre inter eos corporaliter conuersantes suffragia petunt. Ut autem  
iusta petitiones alicuius coram eo fuisse inefficaces existant & miracula, que post hæc  
de multis pauca scribimus, & ipsi, qui eius beneficia experiuntur singulis diebus, peni-  
tus negant.

Non ergo dubitandum, hoc illum ante obitum suum prescisse, & idcirco se suis spi-  
ritu affurorum promisisse, hisque de causis corpus suum inter eos pietate plenum vo-  
luisse potissimum ponи. Misericordiam præterea, quæ post decepsum eius Angliam totam  
inuoluit, & inuoluendo pessundedit, satis est in Chronicis, & in nostris tribulationibz,  
me tacente, videre. Vnde, cur quid inde scribam, non video, quoniam sine omni lite.  
ra res ipsa euidentis est, vt veras miseras non possit ibi cernere nemo. Finis illarū quis,  
vel quando sit euenturus, ignoro: sed tantum procudibz ignorare non quo, quod  
omnia quæ fecit nobis Deus, in vero iudicio fecit, quia peccauimus ei, & mandatis eius  
non obediuimus. Quapropter quid aliud dicatur aut agatur (vis enim humana & con-  
siliū omne sublatum est) non intelligo, nisi vt humiliato corde rogetur Deus, qui  
nos cōtriuīt, quatenus det gloriam nomini suo, & faciat nobiscum secundūm multi-  
tudinem misericordiæ suæ, ac per merita & intercessiones beatissimi patris nostri Dū.  
stani, qui hæc euentura prædicta, eruat nos in mirabilibus suis. Quod siue tu bone Do-  
mine & pie omnipotens Deus aliquando propter immensam misericordiam tuam  
feceris, siue propter inscrutabilem iustitiam tuam minimè feceris, sit nomen tuum  
Deus Israel benedictum in secula, Amen.

SEQVNTVR ALIQUOT MIRACVLA, QVÆ  
POST OBITVM BEATISSIMI DVNSTANI, EIVS  
meritis edita sunt, quæ ab eodem Osberto fusiū scripta, à F. Lau-  
rentio Surio in compendium redacta sunt ob vitandam  
prolixitatem.



Liquot miracula hoc loco visum est subiçere, quæ venerabilis  
Osbertus, pæcedentis historiæ author fide dignus, partim scripto,  
partim veracum hominum relatu, partim suis oculis se didicisse  
testatur.

Cæcus quidam in somnis admonitus est, vt ad beatissimi Dunstan-  
i sacram corpus se curaret adduci. Factum est ita. Mansit illic cæ-  
cus pernox in precibus: & ecce à monumento sancti viri suauissi-  
manat odor, loca amissorum luminum vehemens corripit pruri-  
tus, eaq; fricante cæco, mox recipit letus visum, quem se doluerat perdidisse. Id vbi re-  
pentē apud omnes perulgatum est, Dunstanus mundo reuixisse visus est.

Item tres  
cæci.

Paralyticus  
curatur.

Tres inopes foeminae pariter degebant, quas præter paupertatem cruciabat etiam  
perpetua cæxitatis nox. Aluerat illas inter cæteras beatissimus Dunstanus, cùm esset  
adhuc in humanis. Vbi ad illas perlata est cæci eius, quem iam diximus, curatio, vna  
properârunt ad sepulchrum sancti Dunstani, & illic inter orâdum pariter se videlicet  
men cæli, gauisæ sunt.

Presbyter quidam prædiues & nobilis totius corporis vexabatur paralysi. Hortabā-  
tur cum amici, vt ad tumulū beati Dunstani se iuberet deportari. Recusabat ille, quod  
indignū se arbitraretur, si vir opulentis & nobilis, admixtus vili turbæ, salutem illici-  
bi restitui precaretur. Veridoloris vi cogente, cō perlatus est. Altera luce sensit que-  
dā sursum deorsum manus ducere per corpus ipsius. Itaq; cōfestim sanatus, stet exi-  
liens, & alta voce laudans Deum. Non diu post amplum conuiuum apparuit ami-  
cis & vicinis, vt ipsius saluti congratularentur. Inter epulas laudabat illi Deum, quod  
potentes non abiiceret, sed inter mites & pauperes illis quoque gratificaretur. Tum  
vero homo superbia spiritu tumidus, non ferens se inter pauperes commemorari: ita  
ait: Non sum ego instar inopis cuiusdam curatus à Dunstano. Nam etiam sine Dun-  
stano mihi fuisset restituta salus. Vix ea verba miser cōpleuerat, cū ecce pristinus mor-  
bus redit, & acerrima vi extortis animam infelicem ab ingratu & inflato. Ea res effe-  
cit, vt

cit, vt metus & reuerentia erga beati viri sacras reliquias excresceret, & ex longinquis <sup>Vide pœnā</sup> etiam locis multi eō confluenter, tum vt morbis liberarentur, tum vt per eius merita <sup>indigne de</sup> veniam obtineret peccatorum. In ijs iuuenis quidam & claudus & mutus ab ortu suo, <sup>S. Dunstano</sup> loquentis. & qui annis vndecim contractis scapulis, sursum respicere nequivisset, postquam se- pulchrum sanctissimi viri attigit, totus sanus effectus, excelsa clamauit voce: Gloria <sup>Morbidus</sup> in excessis Deo, alleluia. Sanata est etiam paruula quædam puella, quam mater cæcam <sup>fanatur.</sup> ediderat in hanc lucem: sed cùm aliquot dies fruſtrā in precibus consumpsisset mater eius, tandem cum fratres eius ecclesiæ cum illa pariter orarent, decimo die filia eius vidit. Recepit etiam lumen anus quædam, quod in iuuentute perdiderat.

Episcopus quidam excommunicauerat hominem, libidine & arrogantia depravatum, & miser ille tradit⁹ satanæ in interitum carnis, annis septem toto corpore tremebat. Tandem ad sepulchrū beatissimi Dunstani pertraetus, dæmonem, qui illum occu- pārat, cum multo fanguine euomuit, & integerime sanitati redditus est. Curatus quo <sup>Multi curar.</sup> que est Alfonordus quidam, qui triginta annis contracto corpore humi reptabat: tur. itemque alius, qui ligneo crure & pede vtebatur: & cæca virgo, & puella miserè contracta, paruulus quoque à nativitate claudus, & alius quidam, scipionibus vtns pro pedibus.

Dum hæc miracula fierent, Lanfrancus, Cadomensis coenobij Abbas, vir præstan- ti sapientia pollens, Cantuariensis episcopus creatus est: cumque 4. Calendas Septem- fit episcop⁹ bris consecratus fuisset, ecclesiam Cantuariensem partim incendio, partim veruestate <sup>Lanfrancus</sup> Cantuariæ, vastatam, à fundamentis augustiorem condere voluit. Indixit itaque triduanum ieu- riū, & beatissimorum antistitum Dunstani & Elphegi corpora transtulit in occiden- talem eius ecclesiæ partem. Aderant illic duo eius milites, qui nuper occiderant nepo- tem Abbatis Stolandi. Ij coram frequentissima populi multitudine ad corpus beatissi- mi Dunstani, ab Abbatे illo cedis eius veniam preocabantur. Ille negabat se daturum, negebat etiam fratres cæsi homini, qui illuc adstabant. Aderat vero etiam mulier, ab infancia nihil audiens. Ea cùm S. Dunstanum rogaret, non tam sensit illum inexora- bilem, vt milites Abbatem, nam integrimē sanauit eam coram omnibus. Iam cor- pora sacratissima Dunstani & Elphegi decentissimē tumulabantur, & cùm dies totus festiuus duceretur, Abbatis duritia publicum gaudium interturbat. Sed ecce sequenti Abbatis vi- nocte coram se viderunt quendam reuērendi habitus sacerdotem, irato vultu mandante, quibusdam teterimis viris, vt ipsum cum nepotibus eius iactarent in cacabum feru- tem. Percontantibus illis, cur tam immanni supplicio subijceretur responsum est: Vos furoris flamma accensi, necem germani vestri, pro Domini Dunstani amore & reue- rentia, condonare nolustis, atque his dictis, rapiuntur ad cacabum. Tum illi incredibi- li confiticti angustia, edunt voces miserabiles, promittunt se quamprimum ad beati Dunstani monumentum iutros, illatam ipsi iniuriā congrua satisfactione expiatu- ros: tantum vt possint ipsis misericordia præsentis miseria liberari. Hac sponfione fa- ëta, terrerunt terti illi ministri, & ad nutum sacerdotis cum suis ignibus disparent. Nō dum sol terris se reddiderat, & Abbas cum suis nepotibus ad sepulchrum sancti viri, monachos eius loci lachrymabundus orat, velint celeriter ipsis opitulari: illisq; accur- rentibus narrat, quid viderit: remittitur militibus homicidium, & ab omnibus Deus laudatur in meritis sancti sui.

Alio tempore idem Abbas pridiē eins diei, quo sancti Dunstani festum colitur, ho- <sup>Alia visio-</sup> ra vespertina, eretis sursum luminibus, vidit ingentem splendorem cælitus lapsum <sup>cuidam.</sup> in ecclesiam Salvatoris, vbi sacram beatissimi patris corpus quiescit, penetrare. Cum- que id alijs quibusdam indicasset, iisque pariter viderent, ait: Verē pius pater Dunstan⁹, qui in suis ferijs interesse vult officio, quod hac nocte Deo, & ipsis persoluent filijs eius. Vera autem illum dixisse, experti sunt fratres ex dulci & sancto affectu, quo ea nocte in Deum & beatum Dunstanum ferebantur.

Monachus iuuenis eius monasterij quodā die legit euangelium ad Missam Lanfranci <sup>Monachū</sup> Archiepiscopi. Cùm aut̄ dicta oratione Dominica, patenā ex more episcopo offerret, iuuenē dæ- vidit coram se teterimos dæmonum vultus. Itaq; vehementer exterritus, episcopū mō occupat inter manus sacra tenetem, vtroque brachio stric̄tum amplectitur, horrida voce cla- mans: Christus vincit, Christus regnat, Christus imperat. Ea res omnes perterrit, arreptumque iuuenem milites in pontificis cubiculum abducunt, iam dænone ple- num. Cùm autem communes pro illo preces fierent, & ab archiepiscopo pro gratijs agendis (videbatur enim iam restitutus) ad sepulchrum S. Dunstani adductus esset, to- ta die illa quietum se præbuit inter fratres. Sed fratribus Completorium in Ecclesia persol.

persoluentibus, ille cum impetu currit ad Priorem H̄ericum, manus illi inieccit. At ille hominis manus corripuit, ducensq; eum ad lectū, tota nocte sollicitus apud eum vigilauit. Sub mediā verò noctē horridis clamoribus omnia perturbat iuuenis ille, accurrit fratres, ligatumq; postridiē ducunt in valetudinarium, loris adstrictum, ybi dies non paucos miserè cruciabatur. Inuisebant eum alij, sed si quid haberet grauioris culpa intra conscientiæ recessus, quod confessi noscēssent, id illos obijicabant, eosq; se pœnarum suarum apud inferos socios habiturum gratulabunditer iactabat. Ea res quibusdam non mediocrem atulit ignominiam, sed mox à pura peccatorum suorum confessione remedium petebant. Accepta itaque absolutione & satisfactione, redibant ad dæmoniacum fratrem. Tum ille transuersim illos intuēs: Vnde, inquit, vos venitis? quo lauacro tam citō expurgati, & à meo contubernio abstracti estis? & hæc furibundus, spumans, & cœulans dicebat. Voluit sanè Christus hac re monachos eius ecclesiæ ad sanitatem reuocare, quippe qui à tempore Danorum, à quibus beatus Elphegus peremptus fuit, remissa disciplina feueritate, plus sat sacerulariter, et dissolutè viuebāt. Iam ventum erat ad eā ecclesiæ partem instaurandam, ad q; memo. rata beatorum Dunstani & Elphegi corpora translata erant. Rursus igitur omnes cū festiuā processione reuerenter & honorificè eadē sacra corpora aliō deportauim⁹: &

**Dæmon nō** eccē dum ē regione ostij, per quod inferenda erant, dæmoniacus iuuenis ille, toto corpore fortissimè colligatus, cum lecto deponitur, horrendos eminus dat clamores, & cum ipso exiliens, fugere volebat sanctorum præsentiam dæmoni intollerabilem. Sed illatis sanctis intra domum, illatus est etiam ipse, & in medio positus. Ibi tum miseria videre erat. Cernebatur dæmon in vētre ei⁹ sursum deorum cursitare, quasi q; vel per os, vel per inferiores corporis partes fugam appararet. Adueniente interim prandii hora, fratres pransum iēre, mansūtq; cum dæmoniaco vnius ex senioribus Elsfui. nus nomine, qui ab infantia singulari quodam amore erga beatum Dunstanum affectus fuerat. Is miseratus vicem iacentis, crucem, quam B. Dunstanus in corpore deges tanquam Archiepiscopus coram sc̄ ferri volebat, dæmoniaco imposuit, dicens cum

**Dæmon profligatur cruce & mortis. S. Dæsta.** lachrymis: Charē Domine, sancte Dunstane, miserere. Mirum dictu⁹: illico pulsō dæmon, æger leuat⁹ piē sursum oculis, lachrymās dixit: Gratias tibi ago p̄iissime pater, gratias tibi quoque charissime frater: quia tuis meritis sanctissime Domine, & tua frater benigna intercessione hostis perterritus abscessit. Id vt senior audiuit, incredibili letitia affectus, eius vincula dissoluit. A prandio reuersi eō fratres, vt viderunt cum suauiter quiescentem, immensas Deo & S. Dunstano gratias egerunt. Is frater tandem sancto fine migravit à corpore. Eius castigatio plurimū contulit illius loci fratribus ad vitæ emendationem. Nam prius omni mundi gloria, auro, argento, varijs iſtūque elegantibus vestibus, lectorum preciosis operimentis, diuersis instrumentis musicis se oblectabant, equos, canes, accipitres alebant, denique Comitum potius quā monachorum in star vitam degebant, huius vnius flagello, Christi misericordia id agente, & boni patris Lanfranci Archiepiscopi industria cooperante, eō perduci sunt, vt omnibus illis mundi pompis, & vanitatibus, hand secus atque stercoribus quibusdam propudiatis, planè Monasticam viuendi rationem complexi sint. Et nos quidem, qui nouimus earum rerum statum, incunctanter affirmamus, haudquam ad tam felicem, tamq; repentinam mutationem eas perduci potuisse, si non accidisset illa horrora, quæ omnes perterruerat, vnius fratris vexatio. Peridem ferè tempus Odo Comes Canciæ, idemque Baiocensis Episcopus: fratri suo Vuilhelmo regi magnam pecuniaē vim promisit, si daretur ipsi facultas exagitādi Lanfrancū quodā emū. Archiepiscopum Cantuariensem, ciq; propter bona & consuetudines ecclesiæ Cantuariensis contra morem ac leges terræ illius lites intentandi. Rege annuente, Odo ē toto regno viros prudentissimos legum & consuetudinum regni, ad certam diem Cantuariam acciuit, eisq; mandauit, vt intrepide, ipso tutorē ac patrono freti, Cantuariensis ecclesiæ libertatem oppugnarent. Aduentante die, quo Lanfranco tam multis contra ipsum armatis respondēdum erat, ille ad sacratissimū B. Dunstani tumulū processu fudit, vt eis sibi in tā molesto negocio patronū asciceret: ac deinde quieti se dedit. Dormienti apparet pater Dunstanus, ita dicens: Lanfrance noli animo frāgi, propter hanc multitudinem, quæ coacta est aduersum me & te. Securus tuere causam ecclesiæ Saluatoris & meam, & ego ad omnia p̄aesto tibi ero. Quod si non viceris eos, qui se tibi opponēt, me Dunstanum, qui tibi loquor, nec viuere, nec meorum negotia curare, nec vera tibi dixisse certō tibi persuadeas. Expergefactus Lanfrancus, confirmatus est animo: inde venitur ad certamen, multa querela in medium adferuntur, à tam multis

**Lanfrancus Episcopus** contra morem ac leges terræ illius lites intentandi. Rege annuente, Odo ē toto regno viros prudentissimos legum & consuetudinum regni, ad certam diem Cantuariam acciuit, eisq; mandauit, vt intrepide, ipso tutorē ac patrono freti, Cantuariensis ecclesiæ libertatem oppugnarent. Aduentante die, quo Lanfranco tam multis

contra ipsum armatis respondēdum erat, ille ad sacratissimū B. Dunstani tumulū processu fudit, vt eis sibi in tā molesto negocio patronū asciceret: ac deinde quieti se dedit. Dormienti apparet pater Dunstanus, ita dicens: Lanfrance noli animo frāgi, propter hanc multitudinem, quæ coacta est aduersum me & te. Securus tuere causam ecclesiæ Saluatoris & meam, & ego ad omnia p̄aesto tibi ero. Quod si non viceris eos, qui se tibi opponēt, me Dunstanum, qui tibi loquor, nec viuere, nec meorum negotia curare, nec vera tibi dixisse certō tibi persuadeas. Expergefactus Lanfrancus, confirmatus

est animo: inde venitur ad certamen, multa querela in medium adferuntur, à tam multis

**Viuunt sancti & cura gerunt rerū nostrarum.** hanc multitudinem, quæ coacta est aduersum me & te. Securus tuere causam ecclesiæ Saluatoris & meam, & ego ad omnia p̄aesto tibi ero. Quod si non viceris eos, qui se tibi opponēt, me Dunstanum, qui tibi loquor, nec viuere, nec meorum negotia curare, nec vera tibi dixisse certō tibi persuadeas. Expergefactus Lanfrancus, confirmatus

est animo: inde venitur ad certamen, multa querela in medium adferuntur, à tam multis

multis è toto Angliae regno. Procedit pater Lanfrancus, & dituitus armatus, omnia  
ipsi obiecta ita diluit, ut omnes obstupescerent. Manserunt igitur Ecclesiae Cantuari-  
ensis iura inconuisa: si qua verò nonnullam haberent ambiguatatem, ea & irrefra-  
gabili ratione, & antiquorum exemplorum authoritate Lanfrancus in posterum pla-  
nè confirmauit.

Incidit postea idem antistes in morbum grauissimum, vt vita eius desperaretur. Ita  
que iussit ad se venire precipios è fratribus, nolens sine illis abire è vita, quos paterno <sup>Visio Lan-</sup>  
amore prosequebatur. Decumbebat tum in villa quadam. Cum iam multi eius obitu  
in forib. adepsse putarent, sub auroram leuiter obdormiens, videt permultos in albis c.  
quis coram ipso binos transeunte, vultu iucundissimo, & modesta alacritate. Percon  
tanti Lanfranco, cuius esset tam insignis comitatus? responsum est, Magni ac præclari  
patris Dunstani. Illo porrò interrogante: Et ubinam ille est? dictum est: Haud procul  
abest. Et eccè inter senes veneranda canitie spectabilis Dunstanus ceteris sublimior  
aduehitur: cuius cùm pede Lanfrancus osculari vellet, & S. Dunstanus pedem retrahere <sup>Lanfrancus</sup>  
niteretur, interim Lanfrancus euigilat, & se sentit integrissimæ sanitati restitutum, cō-  
solansque fratres lugentes, iussit eos sese præparare, dicens, se ad Missam celebrādam,  
Deoq; & S. Dunstano gratias agendas abire velle. Eius rei fama multos multo gaudio  
affecit. Curatus est eadem hora quidam Læfranci clericus meritis S. Dunstani, qui mē-  
sibus octo quartana febre laborauerat.

Cum iam autem, vt diximus, in ecclesia & monasterio S. Salvatoris vita monasti-  
ca esset reformata, multi clerci cō se contulēre, vt monachi fierēt. Inter eos aduenit  
etiam Eduardus quidam benē literatus, Londoniensis Ecclesiae archidiaconus. Is pro-  
pter multam religiosæ vitæ significationem, paulò pōst factus est templi custos. In eo  
officio aliquanto maiorem adeptus libertatem, cœpit fieri negligentior & remissior.  
Cum autem eum & publicè & priuatim fratres corriperent, qui scientia & dignitate  
ipsi essent impares, egrè tulit, & iam planè deliberauit aufugere, allecto iuvene quo-  
dam, qui se socium fugæ erat præbiturus. Pridie verò illius diei, qui erat abitioni desti-  
natus, fratribus à prandio quiescentibus, ille in oratorio ex officio vigilabat, animoq;  
fluctuans, tamen statuit non discedere, nisi permisſu S. Dunstani. Adiit igitur eius se-  
pulchrum: humi stratus, deponit apud eum querelas iniuriarum, orat velit suum iter  
paterna benedictione prosequi, pollicens se semper illius futurum, quocunque perue-  
niret. Inde è templo exiturus, à tergo chori videt monachum reuerendo vultu, tor-  
uos in ipsum oculorum radios vibrantem, scipioni innixum. Eo viso, cūm neficeret, sancti igno-  
quis esset, expauit, ac nihilo minis cœptū carpebatiter. At ille scipione obiecto: Quo  
vadis? inquit. Non solent autem monachi in ecclesia loqui, iraque digitis innuebat, il-  
lum loqui non debere. At contrà monachus: Quod ego loquor, nihil ad te attinet: tu  
verò dic mihi quō tendas? Ait ille: Eo daturus operā ijs, quæ mea intersint. Monachus di-  
xit: Nihil est: redi ad sepulchrum, vnde venis, & ora attentiūs, hac tua voluntate mu-  
tata. Stupefactus ille, rediit ad monumentum, sed nihil mutauit priorem precandi  
formulam. Inde rediens, & monachum æquè, vt anteā, obuium habens, cūm iterum  
rogaret, quō tenderet, duriusculè dixit: Quid hoc tua refert? Monachus autē: Permul-  
tum mea interest, vt̄ etiam tu ipse breui experieris, nisi te correxeris. At nunc vel se-  
cūdō admonitus, abi ad sepulchrum, & mētem pariter cum prece muta. Ille verò po-  
tius progedi quam redire nitente, monachus scipionem sustollens, vibrabat in illum,  
compulitque vel inuitum redire. Multo igitur pauore perculsus, repetit priores pre-  
ces suas: atque inde reuertens, non inuenit monachum. Arbitratus ergo, se iam recte  
fecisse, ad ostium coenobij properavit. Ibi tum stantem inuenit monachum vultu cō-  
citato, rursusque quō iret scificitantem. Sed & ipse commoto animo, quis esset, vel cu-  
ius autoritatis interrogat, qui hanc sibi molestiam exciter. Respondit ille, qui mo-  
nachus esse videbatur: Itane scire vis, quis sim ego? Dunstanus ego sum, prouisor  
& Archiepiscopus loci huius, amator & adiutor omnium bonorum filiorum Eccle-  
siae huius. Tu verò peruersa voluntate contrā, quam deceat bonum filium, vis dese-  
rere Ecclesiam matrem tuam, vis deserere Deum patrem tuum, & ad hanc rem me-  
tibi vis suffragari. Stulte id quidē, dum tibi de metalia persuades. Ego tali via nō per-  
ueni ad Deum. Monui autem te semel atque iterum, vt resipisceres, et noluiſti. Noue. <sup>Percutit S.</sup>  
ris ergo cum mea bona venia, n̄sq; te hinc exiturum, sed velis nolis, h̄c te permā. <sup>Dunstanus</sup>  
surum, h̄c etiam moriturum. Et quia me monētem audire noluiſti, senties re ipsa, te <sup>monachum</sup>  
perperam fecisse. His dictis scipione cum grauiter cecidit, atq; humili prostrauit: moxq; tem. <sup>fugere volē</sup>  
disparuit. Ita ille relictus est valde debilis, & à fratribus in valetudinarium deportatus.

Acci.

Accidit hoc intra duo festa Assumptionis & Nativitatis beatissimæ Mariæ. Crescebat autem dolor eius indies, & semper deterius habebat: nec quisquam scire poterat, quo morbo laboraret, nec ipse quid passus esset, cuiquam aperire volebat. Tandem sacramunctionem & Eucharistiam percepit. Ipsius ferijs S. Martini in terram super stratum ciliicum, tanquam mox moriturus depositus est, & fratres ex more dicebant septem psalmos, quos poenitentiales vocant, & litanias pro felici eius obitu. Cum ventum est ad eum locum, ut fratres dicerent: S. Dunstanus, intercede pro anima eius, idque spe imperandi auxilij, quam erga sanctissimum illum patrem suauius conceperat, iterarent, coepit æger, iam propè animum exhalans, respirare, & circumstantes piè intueri. Nos igitur, qui proprius adstabamus, inclinamus nos ad illum, scire volentes, quid peteret. Tum ille: Ponite me, quæso, inquit in lectum meum. Eo facto, Henricus Prior, cuius supra meminimus, accersit ei rem totam explicat, malæ voluntatis sua. agit poenitentiam, petit veniam & absolutionem: dicit se nullo pacto mori posse, nisi id notum prius fecisset, & poenitentia remedio atque absolutione potitus esset. Prior admiratus Dei misericordiam, eum absoluit, & iniunxit poenitentiam. Tunc ille mente exhilaratus, & quod nihil peccati intrâ conscientiam sentiret, quod confessus non esset, Deo gratias agens, petiit ut iam sibi liceret abire à corpore. Dixit autem ei Prior: Profiscere cum benedictione omnipotens Dei: Comes itineris tui sit beatus & pius pater Dunstanus, & suscipiat te in regnum suum filius Dei, Dominus noster Iesus Christus. In his verbis prius, quam è lecto deponi posset, reddidit spiritum. Deinde Priore omnia in fratum conuentu referente, iuuenis, quem fugæ socium delegérat Eduardus, surrexit, & humi stratus cum lachrymis confessus est, se in fugam quidē illi consensisse, sed prorsus ignorasse, quid ei S. Dunstanus fecisset.

Monachus quidam eiusdem loci nomine Egeluinus, ea tempestate, qua, vt, diximus, Comitum potius more, quam pauperum monachorum, nihil rei propriæ habet. tium, illi monachi viuebant, cum bona venia archiepiscopi & fratribus, profectus est Hierosolymam, commendans se beato Dunstano, eiq; pollicens, si saluum ipsum ducereret & reduceret, præciosum pallium se illi empturum, secumq; allaturum. Iuit pro sperè: rediens per Constantinopolim, illic pallium magni precij emit. In Gallia cisalpina incidit in exercitum Imperatoris: & honesti quidem viri eum reuerenter salutabant: sed vbi ad postremos venit, homines viles & ignaus, mula sua cum sarcinis spoliatus est: sed ipse cum socijs illæsus dimisissus est. Valde autem dolens sibi pallium erupturn, Dunstanum obnixè precabatur, ne illud auferri ita pateretur. Et eccè tibi, vix ea raculum.

*Observa mi* prece finita, mula inter manus prædum incipit ferocire, ore & pedibus eos lacera re, & tandem cum sarcinis aufugere ad dominum suum, qui cum ea lætus rediit in patriam, & S. Dunstano obtulit pallium, quod ex voto debebat. Cætera miracula, nescimus onerosi, prætermisimus.

## VITA BEATI PETRI CÆLESTINI, AVTHORE PETRO DE ALIACO, CARDINALE CAME RACENSI.

Primus liber et continet, quæ ab ipso Cælestino de prima sua conuersione & conuersatione manu propria conscripta, in eius cella reperta sunt.

### PROLOGVS PETRI ALIACENSIS.



Haritatiuis quorūdam venerabilium patrū vestri sacri ordinis, fratres charissimi, precibus inclinatus, timens licet ac trepidus, scribere præfumo: quis de quo? Sanè Petrus de Petro, episcopus de episcopo: sed parius de maximo, infimus de summo, scelestus quoq; ac peccator indignissimus, de cælesti ac dignissimo vestri sancti gregis pastore primo atque præcipuo, immò torius olim Christiana Ecclesia sanctissimo præsule Cælestino. Cuius vitam gestaq; mirifica vniuersum iam per orbem radiantia, dum literis commendare, verbisque meis pollutis potius, quam politis laudibus illustrare gestio, rem vtiq; meis viribus, meis quoque imparem meritis aggredior. vereorque ne pondere laudis, quā meruit, obrutus, magis imbecillitatem ingenij mei, & eloquij ruditatem dategam, quā vir.